COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.

VOLVMINIS VIII. PARS III.

LIPSIAE. MDCCLIX.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Amstelodami apud I. Schreuder et P. Mortier iun. Londini apud C. G. Seyffert, Parisiis apud Briasson, Patauii apud I. Manfré, Venetiis in B. Albrizzi et S. Coleti officinis, Romae apud Venant. Monaldini.



I.

Verhandelingen uitgegeeven door de Hollandſe Maatschappy der Weetenschappen te Haarlem. Tweede Deel. Te Haarlem by I. Boſch. 1755. 8. pag. 652. Tab. aen. 7.

h. e.

Commentarii Societatis Scientiarum Harlemenſis. Pars II. Accedunt plagulae 9 obſeruationum meteorologicarum.

Securum remedium, quo dolores arthritici leniantur et ſedentur, exhibet B. FVVN. p. 1.
Valde ſimplex eſt et huc redit. Rec. Polypod. Hermodactyli, Rad. Bardan. Salzapar. ana vncias quatuor, Raſ. Lign. Sanct. vncias duas. p. 6. His conciſis ſuperinfundantur menſurae nouem aquae et tres vini albi. Quieſcat infuſum integra nocte, deinde tribus horis leniter ebulliat, poſtquam refriguit per incerniculum, ex crinibus denſis conſtructum, filtretur, faecibus ſuperinfundantur menſurae ſex aquae, duae vini, ebulliat, donec pars tertia in vapores abierit; liquor decantetur, adfundatur infuſo priori, et ſeruetur in lagena vitrea. Hac potione aeger quotidie vtatur, ita quidem, vt parum vel nihil alius potus ſumat,

quo frequentius enim adhibetur, eo citius effectus optatus obtinetur. Vitandi vero ſunt cibi farinacei, e vinis rhenanum, moſellanum, aliaque materiam acidam generatura; contra veſcatur aeger carne recenter aſſata aliisque cibis pro lubitu, piſcibus etiam recentibus fluuiatilibus et marinis. Externum remedium ſimul adhibendum linimentum eſt, quod vt praeparare doceat, primum balſamo vitae, qui illud ingreditur, conficiendo haec praeſcribit. Rec. Ol. Thereb. vncias tres, Sal. Tart. vnciam vnam ſemis, Sapon. Venet. vncias duas, Aqu. Pluuial. Pinitam vnam ſemis. Sal tartari ſoluit in praeſcripta aquae copia ante calefacta, adfundit ol. Thereb. deinde adiicit Saponem ſiccatum et in puluerem comminutum, agitatque mixturam, donec viſcidus liquor membrana veluti obducatur, omnia ſimul indantur lagenae, adfundatur vero Sp. Matricis vel Iunip. vnciae duae. Quotiescunque vſus eſt huius balſami, bene agitetur. Balſamus dolores arthriticos pellens hic eſt: Rec. Huius Balſami Vitae vnciam vnam, Ol. Coelilaban. guttas quinquaginta. M. Oleum hoc *coelilaban* vel proprie *coeliawang* difficulter genuinum habetur. Relatum vero eſt noſtro, exprimi *Ambonae* in Aſia, ex radicibus arborum, nuces myriſticas et caryophylla aromatica ferentium, vnde valde eſt aromaticum anodynum et confortatiuum, neque ſolitarium adhiberi debet, vtpote nimis calidum, quod epidermidem inflammare poſſit. Genuinum habetur Amſtelodami apud pharmacopolam *Auink* et Haarlemi apud pharmacopolam *Sterk*. Balſamus hic non ſaltim dolores arthriticos vehementiores tollit, ſed rheumatismos omnis generis aliisque doloribus, membris extortis alioque modo laeſis medetur, ſi bene agitatus, bis vel ter quotidie, vola manus partibus aegris illiniatur. Potionis ſcopus eſt, vt materies viſcida arthritica diluatur, quo vrina et tranſpiratione ſecerni poſſit;

poſſit; adhibenda vero eſt, quamprimum initium morbi ſentitur, quotidie ad minimum vna vel duo lagenae ingerendae ſunt, ſublato morbo corpus purgandum eſt. Linimenta ſola forte materiam arthriticam verſus partes nobiliores interiores pellerent. Si tenacior morbus membro alicui inhaereat, veſicatoria ibi applicat. Haec vero, plurium annorum experientia edoctus Noſter, eo ſecurior ab omni ſuſpicione quaſi lucrum quodpiam captaret, ſuadet, quoniam inde a decem annis medicinam non amplius facit.

2. *Praeparationem, effectum et vſum remediorum* p. 13.
aliquot parum adhuc vſitatorum docet IOBVS BASTER. Sunt illa *Spiritus* MINDERERI deſcriptus in BOERHAAV. Chem. T. II. proc. 108. a MINDERERO Scoto inprimis in vſum introductus et poſtea in pharmacopoeis Anglis deſcriptus, cuius vſum inſignem Noſter in adfectibus bilioſis expertus eſt. *Vitrum ceratum antimonii;* (Act. Med Edimburg T. V. p. 162.) Noſter vitro antimonii, vt Cl. YOVNG docuit, praeparato et comminuto triplum Sacchari candidiſſimi admiſcet. Pulueris huius grana viginti vsque triginta ſex (grana quinque vsque nouem vitri antimonii continentia) ieiunis praebet, vehiculo vſus conſ. roſ. rubr. vel pulpa pomi aſſati, ita felices ſemper effectus expertus eſt; inprimis dyſenteriam ſemper ſiſtit, interdum cum, interdum ſine vomitu. Suſpicatur, ſaccharum vim antimonii moderari, effectus autem eo melior, quo recentius erat vitrum ceratum. *Mercurius alcaliſatus* (Quincy pharm. offic. p. 99). *Kermes Minerale* p. 28. p. 32. *ſ. puluis carthuſianorum* (Mem de l' Acad. des Sc. 1720). quo Noſter inprimis in morbis pectoris muco viſcido tenacius adhaerente vtitur; tunc Kerm. Min. drachmam vnam, Farin. Liquirit. virid opt. drachmas ſex accurate miſcet, et pulueris inde orti a granis p. 36.

viginti ad viginti quinque ſingulis tribus aut quatuor horis praebet. Lene diaphoreticum eſt, vomitus non adeo vehementer interdum ciens, quibus mucus eiicitur. Puluerem ipſum ter aut quater ab
p. 36. aegro eiectum vidit, effectu tamen ſalutari. *Aqua calcis oſtrearum* (WHYTT Medical Eſſays T. V. V. II. p. 156). Huius virtutem lithonthripticam, vt examinaret Noſter, calculum piſi magnitudine, paululum oblongum aquae calcis indidit, et per octiduum in fornace calida deſtillatoria repoſuit. Poſt calculus paululum magnitudine auctus ipſi apparuit, microſcopium oſtendit illum materia alba velut niue aut pruina obduci, qua lotione ſeparata, rurſus microſcopium adhibuit, tunc vero calculus fouearum plenus ſpongiae admodum apparuit, ponderis vero grana ſeptem perdidit. Similia in aliis calculis vidit, vnde infert, aqua calcis non tam ipſam calculi terream materiam abſorberi, quam gluten veluti illud, quod partes coniungit, diſſolui. Sales autem muriaticos, in ſanguine noſtro haeren-
p. 48. tes, aqua calcis diſſolui BOERHAVII auctoritate probat. Deinde in viro, qui calculum fere fabae magnitudine eiecerat, aliquot menſibus vero elapſis rurſus omnia calculi ſymptomata, mictum in primis cruentum expertus erat, ſalutarem aquae calcis, absque ſapone, effectum Noſter vidit. Vtilem etiam comperit in adfectibus, ex temperamento acido aut phlegmatico ortis, ipſis infantibus, quibus propter obſtructiones nocent teſtacea.

p. 53. 3. *Vtilitatem poeſeos* laudat H. F. SYBEL.

p. 77. 4. *Parelia* et *Halones* 18 Octobr. 1753. Hagae viſos deſcribit IO. FRANC. DRYFHOVT.

p. 90. 5. DE LA CAILLE *obſeruationes meteorologicae, in capite Bonae Spei inſtitutae*, potiſſimum ad ventos ibi plerumque regnantes pertinent. Sunt autem

antem illi Auſtroeurus (S-O.) et Boreazephyrus (N-W.) reliqui autem parum conſtantes ſunt et veluti tranſitus vnius ventorum praedictorum in alium. Calorem maximum obſeruauit Febr. 17 et 22. anni 1752, graduum $33\frac{1}{2}$ et 35 thermometri cuius gradus glaciei et aquae ebullientis ſunt 0 et 50, omnes vero hunc calorem inſuetum pronunciarunt. Hos dies, noctibus frigidis et humidis intermixtos, nebulis itidem matutinis foedos mox ſequutus eſt morbus epidemicus fere vniuerſalis multis ſenibus exitialis. p. 107.

Erat vero catarrhus ex refrigerio, accedentibus febri, graui dolore capitis et omnimoda deiectione virium. p. 108.

Dierum aeſtiuorum quietorum calor maximus, vt in Europa grad 28, 29; flante vero Auſtroeuro, frigidus eſt aer, id quod calorem ob aequatoris viciniam alias intolerabilem moderatur. Hyeme glacies nulla, thermometrum infra gradum $4\frac{1}{2}$ deſcendere Noſter non vidit. Barometri variatio intra 27 dig. $10\frac{1}{2}$ lin. et 28 dig. 8 lin. continetur. p. 113.

6. *De motu mercurii* commentatur IO. SCHIM, HALLEII tabulas vt emendet, inprimis tranſitus planetae per ſolem hus vsque obſeruatos adhibens. p. 117.

7. Logarithmorum computandorum compendia docet GVIL. OTTO REITZ et briggianos ad loca decimalia 18. computatos pro numeris 101-1000. item pro fractionibus quibusdam decimalibus exhibet, vſum ſimul docens. p. 166.

8. *De ſtypticis et modis ſanguinem ſiſtendi* agit TH. SCHWENCKE. Poſtquam omnes fere enumerauerit, eos praefert, quibus vaſa celerrime comprimuntur. Sanguis vero non coagulatur. Id fieri vidit MORANDI, PETITI et aliorum compreſſionibus artificialibus nullo praeterea remedio adhi- p. 225. p. 238.

bito, vel in ipſis artuum amputationibus, [illegible] feliciorem igitur euentum ſpondet, ſi [illegible] adſtringentia ſimul adhibeantur. Huic rei in[illegible] idoneum iudicat Lycoperdon, et Agaricum [illegible] equini facie, quod ex ipſa illorum ſtructura expl[illegible]

p. 240. Conſiſtit enim Lycoperdon ex veſiculis cauis, [illegible] ex tribus lateribus verſus vnum punctum exeu[illegible] omnes hae cellulae inter ſe communicent, fila ig[illegible] Lycoperdi ſuctione vaſa aperta omnia contrahu[illegible] Hoc vero incommodi habent, quod haec ipſa fi[illegible] vncis veluti ſuis poros intrent et ſpongia magis [illegible] adhaereat, vix rurſus, etiam emollientibus adhibi[illegible]

p. 241. ſeparanda. Agaricus multum tenuioribus et den[illegible] ſius coagmentatis fibrillis etiam cauis conſtat, qu[illegible] rum longitudinales transuerſis iunguntur. Hinc aeque vt lycoperdon aquae, filtri ad modum ex vn[illegible] vaſe in aliud ducendae, inſeruit. Fruſta agarici et lycoperdi ſingula granor. 9. illud gr. 134; hoc 144 aquae receperunt, vt pateat Lycoperdi cellulas m[illegible] iores eſſe, et liquoribus craſſioribus recipiendis magis idoneas.

p. 251. 9. *De vulnere thoracis ſanato* refert I. M. HOFMANN, primus chirurgorum in noſocomio pr[illegible] vinciali Namurcenſi. Militi 24. aut 25 annorum, [illegible] ante aſthmatico, gladio vulnus infligebatur in dextro thoracis latere inter coſtam tertiam et quartam in parte ſuperiore, vt craſſisſima pars muſculi thoracis laederetur. Perimetrum tumor occupabat, vt difficulter peruenire poſſet in cauum thoracis ipſius vulneris conditio ſub initium ignoraretur. Symptomata ſanguinis extrauaſati, diaphragma premen-

p. 254. tis, paracenteſin ſuadebant. Hanc igitur peregit Noſter inter tertiam et quartam coſtam dorſi, initio computandi ab inferiore ſumto, manus transuerſae diſtantia a vertebris dorſi. Leuamen inde ſenſit aeger, plurimum tamen ſitiens, et cum inſigni copia

copia liquoris ex vulnere profluereț, Noſter inueſtigaturus, vnde proficiſcatur, nihil niſi lac bibere aegrum iuſſit, is vero coagulatus ex vulnere egreſſus eſt, vnde conſtitit, oeſophagum laeſum eſſe. Quare ieiunium quatuor aut quinque dierum aegro imperauit, aquam ſolam permittens, qua os elueret, quinta tamen, cum ferre famem amplius non poſſet, pultem farinaceam craſſiorem praebuit, ſexta potum, qui cum amplius e vulnere non exiret, clauſum illud eſſe intulit. Bene vero tunc reſpirauit aeger, et cibos appetiit. Vulnus gladio inflictum quatuor ſeptimanis coiit, alterum vero paracenteſis, ob pus et liquorem tenuem acrem foetentem, quae effluebant, cannula apertum teneri oportuit. Ita contabuit aeger, poſtquam nouem menſes decubuerat, vsque ad mortem cibos appetens, parum febris et tuſſis ſentiens. In cadauere aperto, pars pulmonis, lateri vulnerato adiacens, putredine conſumta erat, thorax interior maculis obſitus, coſta vulneri vicina valde carioſa, alter pulmonis lobus pluribus in locis pleurae adnatus, et pars interior ſcirrhoſa. In oeſophago nihil praeter ſtriam exiguam longitudinalem vidit, quam pro vulneris veſtigia habuit, cetera omnia ſana. Ergo oeſophagi vulnera per ſe non lethalia ſunt, propter ea vero, quae accedunt, periculi pleniſſima.

Aliud thoracis vulnus, quomodo ſanatum ſit, idem HOFMANN enarrat. Id vnicum ex hac relatione adducere nobis liceat, quod aeger, ante vulnus, etiam gladio inflictum, ob hydropem pectoris aſthmaticus, poſtquam vulneris huius cauſſa paracenteſis adhibita fuit, et aqua ex apertura profluxit foetida, rectius valuerit, cuius cauſſam vulneri Noſter tribuit. p. 259. p. 267.

10. *Vulnus capitis ſanatum, idem* enarrat. Militi dum murorum ſtructori manus auxiliatrices praeſtabat, lapis in frontem incidit, eo loco verſus dex- p. 269.

p. 271. tram, vbi crines enaſcuntur. Trepanatione duorum pollicum ſpatio a ſupercilio, prope ſinum longitudinalem ſuſcepta, ingens copia ſanguinis extrauaſati ſupra duram matrem reperta eſt: ipſa dura mater flaccida et nihil fere reſiſtens, ſanguinem, quantum fieri poterat, eduxit. Officulum, quod eximi oportuit, craſſitie tertiam digiti partem aequabat, in eo reperit tria aut quatuor foramina, quorum tria in vnum ouale coierant, erant vero inſuetae magnitudinis. Apparebant illa in caluaria, cuius pars ſuperior reſecta eſt, prope ſinum longitudinalem, dextro latere, vbi vaſa durae matris os intrant. Lapis illa diffregerat, hinc dura mater, quam olim integra vaſa caluariae alligauerant, ſubſidens ſinuata facta fuerat, ſimul ſanguis exiuerat. Aliquot poſt diebus, vulnere licet ſanato, aeger veluti pondus oculi dextri ſenſit, ſine dubio ob copiam ſanguinis extrauaſati verſus os ethmoides delapſam, quae antequam educi poſſet, ſuppurationem paſſa erat. Mem-
p. 772. ter dura particulatim a lamina ſua ſuperiore ſeparabatur, elaterem recuperabat, et puncta carnea emittebat, manebat tamen ſinus verſus inferiora veris plurimum emittens, donec puncta carnea matris durae cauum oſſis replere incipiebant. Adhuc grauari oculum et conuulſionibus agitari aeger querebatur, tegebat etiam oculum tumor oedematoſus et obiecta omnia duplicia ſpectabat. Cum vero remaneret capite e lecto propendente decumbere, et puri exitus e vulnere per lamellam plumbeam procuraretur, imminutus paulatim eſt liquoris efflux, ſinus coiit, et oculi ſymptomata ceſſarunt, itaque ſanus et ſoſpes noſocomium reliquit.

p. 275. II. *Cometa, quem aſtronomi* 1757 *vel* 1758 *exſpectabant*, quibus in coeli locis quaerendus ſit, docet D. KLINKENBERG.

Partis

Partis Secundae Sectio Secunda.

12. *Experimentum de variolarum inoculatione* edit H. D. GAVBIVS. Nouae operationis ſuſcipiendae primam occaſionem habuit Maio 1755; filo vſus iam ante aliquot ſeptimanas pure variolarum benignarum tincto, et in capſula argentea intus deaurata, ab aere externe ſollicite ſeruato. Variolae vero, nullo adhuc, ex quo artem eas inoculandi Batavi exercuere, malignae fuerunt; longaque eſt morbi hiſtoria. Artificiales variolas tunc quinquagies aut ſexagies in variis Batauiae locis productas narrat Noſter, nunquam vt relatum eſt euentu mortifero. Praeſens exemplum, vbi ſumma cura adhibita reſtitutus eſt aeger, omnes monet, ne negligentius circa variolas artificiales verſemur, vnice, quia artificiales ſunt. In ipſo aegri corpore nihil erat, quod malignas futuras variolas ſuaſiſſet, neque tales eo tempore graſſabantur. Igitur a conditionibus corporis adhuc ignotis malignae fieri Noſtro videntur, etſi pus a benignis deſumtum ſit. In corpore igitur praeparando inſignem cautionem adhiberi iubet, ſed tamen non ſufficit ſanguinem adeo refrigerari, circulumque eius debilitari, vt nulla inflammatio aut ſuppuratio a veneno immiſſo oriatur, poſſet enim hoc ipſo effectus veneni adeo infringi, vt materies variolarum omnis non expelleretur, periculumque eſſet morbi redituri, vt iis accidit, qui naturalium variolarum ſpeciem imperfectiorem perpeſſi ſunt. Porro caſus praeſens id docuit Noſtrum, malignas eſſe poſſe variolas, licet longo poſt inſertionem tempore appareant, puta hic Iunii 6. cum operatio peracta eſſet Maii 25. Circa repetitionem inſertionum caute verſari iubet Noſter, neque enim conſtare, an, ſicuti aqua non niſi determinatam ſalis dati copiam ſoluit, corpus etiam noſtrum definitam ſaltim veneni copiam recipiat: cuius ſi contrarium

p. 319.

p. 347.

p. 350.

p. 364.

conti-

contingit, plus, quam conduceret, veneni ingeri cor-
p. 367. pori poſſet. Docet etiam hoc exemplum varioles artificiales illo loco, vbi vulnus inflictum eſt, non coerceri.

p. 372. 13. *Effectus piſcis cuiusdam Americani dum tangitur*, deſcribit ALLAMAND. Piſcis ad *Symnotos* ARTEDI, *Carapones* MARCGRAFII pertinet, hic vero non deſcribitur, quoniam Cl. GAVBIVS deſcriptionem et iconem nouo tomo operis SEBAE inſeruit. Figura eius nihil communis habet cum torpedine, effectus vero torpedinis effectibus comparat Cl. GRAVESANDE, primarius inſpector coloniae ad fluuium *Iſſequebo*, qui locus piſcis natalis eſt. Scilicet, qui illum tangunt, ictus ſentiunt, electricis Muſſchenbrockianis ſimiles adeo, vt arthritieis do-
p. 376. loribus ſanandis etiam profuerint. Scintillae nullae exſiliunt, ſed piſcim paulo maiorem et viuaciorem tangens, ictu corpus omne permeante, in terram proiicitur crepantque articuli nullis tamen malis effectibus reſiduis; haecque omnia vnico momento contingunt. Eſt vero, qui manu prehendat piſcem nihil omnino ſentiens. Rariores ſunt piſces in fluuio, in torrentibus autem omnibus reperiundi. Ad octo aut decem perticas circa eos piſcis nullus natat. Eduli ſunt, et inter delicias Indorum, qui tamen viuos pertimeſcunt. Ceterum de piſce hoc iam loquitur du HAMEL H. Ac. Sc. 1677 referens RICHERVM in inſula *Cayenna* eum vidiſſe.

p. 380. 14. *Nouum Halleſii tentamen aquam marinam potabilem efficiendi* communicat ALLAMAND. Quatuor pintae aquae marinae, cretae vncia addita quatuor quintas ($\frac{4}{5}$) aquae potabilis praebent, ſanitati multo magis conducentis ea, quae calcis ope praeparatur.

p. 383. 15. *Cariem oſſium ſanatam refert* B. FVVN. Laborabat illa puella 9 annorum phlegmatica et cacochymi-

chymica, ceterum ſana, in ſecunda phalanga pollicis dextri et oſſe nauiculari pedes; amborum oſſium tumores diu per cutem exierant. Cum ſaliuatione vti nollent parentes, diaetam praeſcripſit ſollicite obſeruandam, vt vitaret omni modo frigidum aerem, carnes piſcesque ſalſos, acida; permiſit aeſtate fruges et legumina, hieme miliacea, et carnem recentem moderatius, item quod ex farina, lacte, ouis praeparatur: iuſcula carnis reliquis praetulit. Corpore leniter purgato, primo menſe binis definitis ſeptimanae diebus, tempus in interualla aequalia diuidentibus, vnice adhibuit granum mercurii praecipitati albi, exiguo ſacchari pulueriſati commixti, ſecundo menſe altero horum dierum vnicum, altero bina grana eiusdem pulueris tertio menſe, bina quouis eorundum dierum hocque modo, non amplius aucta doſi, donec reſtitueretur, continuauit. Quatuor menſibus aeſtiuis addidit decoctum ex Zalza, China, Bardan, etc. ita absque vlla intermiſſione et intacto ceterum corpore, pergendo, tribus annis negotium abſolutum eſt et fragmenta oſſium fere eodem tempore ambobus e locis eiecta; vulnera vero duobus diebus coierunt, quae digeſtiuo obligari et pura teneri fecit. Mercurii praecipitati albi vſum iam ante quadraginta annos RVYSCHIVS ſuaſerat. p. 387. p. 388. p. 394.

16. *Nouum modum olei vitrioli edulcorandi* proponit C. H. SCHVTTE M. D. I. H. filius. HOFFMANNI methodum emendaturus eo animum intendit, vt oleum vitriolicum cum Alcohole vini accuratius vniret, materia cuius grauitas ſpecifica inter vtrumque media eſſet adhibita. Cui fini adhibuit acetum vini, ſunt enim materiarum harum alcoholis vini, aceti deſtillati et olei vitrioli pondera, vt 866, 1030, 1700; Igitur oleum vitrioli fortiſſimum ſextuplo aceti vini fortiſſimi in cucurbita clauſa bene p. 395. p. 404. p. 405.

bene permixtum nocte quieſcere ſiuit, altera die deſtillationem, igne primo leniore poſt vehementiore ſuſcepit, donec fere acetum omne tranſiuiſſet, quod quidem aquoſum erat et ſine guſtu, nam acidae eius partes oleo vitrioli ſe vniuerant. Huic reſiduo oleo vitrioli rurſus ſuperfudit ſextuplum aceti, deſtillationem rurſus vt ante peragens, idem tertia vice repetiit. Poſt ſextuplum alcoholis vini oleo vitrioli reſiduo ſuperfudit, ita vtriusque commixtio conquaſſatione facta eſt, nulla notabili efferueſcentia. Quieuit mixtura horis viginti quatuor in vitro clauſo, poſt deſtillatio alcoholis vini igne leniſſimo facta eſt, quod in cucurbita vel retorta fieri poteſt. Ita liquor odorem gratum aromaticum obtinuerat. Rurſus ſextuplum alcoholis vini oleo vitrioli reſiduo ſuperfudit, et ſecunda vice deſtillauit, ideoque opus tertia vice repetiit. Liquorem, qui tribus his deſtillationibus tranſierat, confudit, ita egregium ſpiritum vitrioli dulcem ſiue liquorem anodynum HOF-
p. 407. MANNI obtinens. Omnes tres materias, quam maxime fieri poteſt, dephlegmatas poſtulat. Aceto oleum vitrioli tum dulcius fit, tum leuius et volatilius.

p. 413. 17. *De ventis ad litora Iauae, inprimis Batauiae regnantibus* agit M. SEMEYNS.

18. *Idem refractiones aſtronomicas, in inſula ad*
p. 419. *ſeptentrionem Batauiae ſita* obſeruauit.

p. 422. 19. *De hernia inteſtinali ſanata* refert L. STRU-
p. 429. HVIS. Hernia erat inteſtinalis, ex abdomine propendens, cui, cum operatio conſueta adhiberetur, animaduerſum eſt, partem omenti et ilei, coecum vero integrum vna cum appendice vermiformi, magnam etiam coli partem fuſca et nigra eſſe et emortua et aere inſigniter expanſa; vnde partes ſanas

tardius,

tardius, quam alias decebat, per vulnus in annulum abdominalem retruſit, vt vero conciderent expanſa, partem coli emortuam incidit, partibusque ſanis in locum ſuum repoſitis, filum, quo omentum ligabatur, inteſtinumque mortuum in vulnere reliquit. Ita vero coecum integrum cum appendice vermiformi, ilei pars inferior, coli portio longitudine vlnae batauae dimidiae, cum parte meſenterii, vna cum ſacco herniae et tunica vaginali ſuppuratione a ſanis receſſerunt, vt commode paulatim tolli potuerint. Sanae, nudae in vulnere iacentes, et vix, quales eſſent, agnoſcendae in maſſam vnicam, omentum, meſenterium, extrema inteſtinorum reſiduorum, et vulnerum labia vnientem coierunt, manente duplici excrementorum exitu, inferiore maximo. Qui vt vſui eſſe poſſet, ſimul tamen partes abdominis debiliores fulcirentur, bracherium ſingulare excogitandum fuit, quod hic deſcriptum et depictum ſiſtitur. p. 431. p. 432. p. 439.

20. *Problema ad architecturam militarem pertinens ſoluit* P. DE LAVANY. p. 444.

21. *Qui globo pulmones traiectus fuerat, quomodo ſanatus ſit* refert PET. SANNIE. Vt pulmonem vulneratum a gangraena ſeruaret, omnem vehementiorem impetum ſanguinis cauendum cenſuit; igitur quamprimum velocior ire pulſus et reſpiratio difficilior fieri coepit, venam ſcindi iuſſit, octo vicibus, primis duabus aut tribus 24 horis. Diaetam praeſcripſit, fluida corruptioni et efferueſcentiae promtae non adeo obnoxia, ſolida facilis digeſtionis. Globus inter quintam et ſextam coſtam infra mamillam intrauerat, exiuerat intra easdem coſtas, inter apicem ſcapulae et vertebrarum apophyſes ſpinoſas, nullo fere damno coſtis illato. Anterius vulnus Noſter ad modum alius ſimplicis vulneris tractauit, poſte- p. 467. p. 769. p. 473.

posteriore vsus est ad pus educendum, et re
pulmonibus repurgandis idonea inducend
hoc vulnus vestium partes exierunt, quas in
p. 474. ne hospitatas esse, ex eo infert, quod, po
eiectae sunt, aeger magis tussiit, et plus m
per os eiecit. Ita vero diaeta sollicite ob
trium mensium spatio aeger sanatus est.

p. 479. 22. *Formulam, qua conditiones maximis pr*
culis (bastion) *applicantur* exhibet D. KLINKENB

p. 503. 23. *Ita, si non detur vacuum, motus in*
cessaturus sit, inuestigat I. ENGELMANN.

p. 525. 24. *Theoriam molendinorum pneumaticorum*
IO. LVLOFS.

p. 622. 25. *Tabulam numerorum primorum* ipso
minorum et ex compositis illorum, qui min
factorem habent 7, exhibet I. WOLFRAM.

p. 625. 26. *Quo sensu Moses Exod.* XXIII. v. 18. gl
Dei vt spectet, petat, explicat C. C. H. VAN DER

p. 637. 27. MELCHIOR BOLSSRA quaestiom
societate propositis respondet, vnde litus
in locis *Petten* et *Hondsbossen* inde ab aliquot
decreuerit, quibus contra mediis seruari et
possit. Obseruationes meteorologicae Suan
genses annorum 1749-1754 quotidianum
atmosphaerae exhibent.

II.

A Treatise on the Eye, the Manner and Phaenomena of Vision. In two Volumes. By WILLIAM PORTERFIELD, M. D. Fellow of the Royal College of Physicians at Edinburgh. Edinburgh: printed for A. Miller at London, etc. 1759 in 8. Vol. I. pag. 481. tab. aen. 5. Vol. II. p. 468. tab. aen. 3.

h. e.

Commentatio de oculo et ratione phaenomenisque visus, Auct. GVIL. PORTERFIELD M. D. cet.

Quanquam Cl. Auctor non solum de sano, sed etiam de morbido oculo exponere decreuerat, tamen de priore tantum in hoc tractatu agit, doctrinamque de posteriore alio tempore se traditurum esse pollicetur. Physiologia autem ocularia, quam prae manibus habemus, in quinque libros diuisa est, quorum primus de externis oculi partibus, nimirum de supercilliis, palpebris, ciliis, glandula lacrymali, punctis lacrymalibus, sacco lacrymali, ductu nasali et caruncula lacrymali praecipit. Secundus bulbum oculi contemplatur. Itaque in eo de situ, connexione, numero, motibus et fabrica oculorum, singulatim vero de tunicis, neruis, humoribus et ligamento ciliari, nec non nigro auibus peculiari corpusculo agitur. Tertius visum delineat. Descripta enim lucis natura inquiritur in rationem videndi, ac imprimis de directione oculi, versus obiecta diuerso distantia, a ligamento ciliari pendente, motu humoris crystallini et pupillae et vtilitate atri pigmenti, quod tunicam vueam et choroideam obducit, tunicae retinae et nerui optici differitur. Quartus discrepantes oculi, in diuersis animalibus conformationes enarrat. Quinto denique libro visus phaeno-

mena pertractantur, ac ea, quae ad ſimplicem erectam apparentiam, colorem, magnitudinem, diſtantiam, ſitum, figuram et motum obiectorum pertinent, diiudicantur.

Nimis longum nec forte neceſſarium foret omnes libri argumentum ſingulatim repetere. Igitur nonnulla tantum, imprimis ea, quae mentem Auctoris ratione viſus produnt, indicabimus.

p. 79. Volumen primum inter alia haec continet. Motus oculorum aut externi aut interni ſunt. Illi res ſunt, qui quatuor rectis et duobus obliquis muſculis perficiuntur, quibusque omnis bulbi oculi ſitus mutatur, per poſteriores autem ii intelligentur, quibus nonnullae internae oculi partes, cryſtallina lens et iris aut omnis bulbus adhibentur, quando ſuam ſphaericam figuram exuit et
p. 80. planiorem ſuperficiem contrahit. Hic priora tum explicantur et poſteriores eo loco, vbi de ratione viſus et vſu partium oculi agitur, deſcribuntur. vtraque tamen conſideratio parum immutata est ex tentaminibus Edinburgenſibus repetitaeſt.

Quaeſtio, quae cauſa vniformis motus oculi
p. 101. vsque oculi ſit? mediciis et naturae contoribus multum negotii feoit. Ea vero est finalis aut efficiens. Quod ad primam attinet, motus viſum perfectiorem et viuidiorem reddit nobisque de obiectorum diſtantia veriius iudicandi poteſtatem largiri debet; altera autem conſtat
p. 114. et habitus eſſe videtur. Hic nimirum motus oculi non eſt neceſſarius, ſed auctorem habet mentem quae, vtilitate eius perſpecta, eius perpetuam conſeruationem ſibi praeſcribit vſusque neceſſarios

* Vid. eorum Vol. III. p. 160-263. et Vol. IV. p. 294 et huius comment. Vol. I. p. 74-120. 249-450. et Vol. II. p. 4. 36-84. 386-411.

efficit. Hoc in infantibus videre est, qui, postquam in lucem editi fuerunt, per aliquot tempus oculos diuerse dirigendi facultate gaudent, eamque tam diu retinent, donec animaduersa vniformis directionis vtilitate ab ea non amplius recedunt. Diuersitas conuexitatis tunicae corneae inaequales oculorum aciei terminos ponit. Omnes oculi humores ideo transparent et aquam pelluciditate aequiparant, vt transmissioni luminis, ad efformandam vuidam in tunica retina obiectorum imaginem, nil obstet et haec verum suum colorem ostendat. p. 123. p. 125.

Experimenta, quae PETITVS cum oculis instituit, ob adcurationem praecipuam fidem merentur. Tunica sclerotica et cornea vnam constituunt membranam ex expansione exterioris nerui optici tunicae natam. Etsi enim alii hoc negent, cum depositio contractae nullum tunicae scleroticae exquisitum importiatur sensum, eaque in auibus et piscibus olim duritiem habeat, qua exterior nerui membrana et tunica cornea destituitur, tamen multum abest, vt solido argumento vtantur. Nam vna eademque substantia in diuersis locis diuerso sensibilitatis gradu gaudet, cuius rei exemplum esse potest insensibilitas unguium ex continuatione substantiae nerueae ortum, ceu etiam carnositas et flexibilitas musculorum in pedibus auium senescentium perdurat, quae eorum tendines ossei facti fuerint. Haec ex lamellis constat, quod ex pustulis et abscessibus inter corneae pelliculas serpentibus clarum est. Pupilla nullam certam mensuram habet, quia eius magnitudo luminis copiae respondet. Copiosum et languidum lumen eam angustat, languidum vero dilatat. Etiam illa se contrahit, quando paruum obiectum e propinquo conspiciendum est; quem motum ante PLEMPIVM, praeter alios SCHEINERVM obseruasse Auctor contra Cl. WHYTT monet. Hanc autem contractionem magis a luminis vi, quam p. 133. p. 138. p. 141. p. 156. p. 157. p. 162.

quam a confusa obiecti perceptione pende
perimentis confirmatur. Abundantia ocul
rum efficit magnitudinem pupillae in in
illa vero cum annis imminuta, haec angu
Hoc eius facies in exophthalmia et micropt
mia confirmat. In priori enim, quae bulbum
nimium distendit, pupilla multum dilatatur.
e contrario in atrophia oculi eam contract
perias. Etiam anguſtationem pupillae effic
brior eius contractio, quam inprimis in proc
p. 170. aetate rigiditas tunicae corneae posuit. Cl.
minus feliciter in explananda causa dilat
contractionis pupillae versatur, asserens,
infantibus ampliorem, quam in adultis esse,
eorum cornea tunica crassior, minus tra
planior nec satis tensa sit, quoque visio eorum
indistincta reddatur, tum quia ii exigua
pupillam ad distinctius videnda propinqua
contrahendi sint donati, in senibus autem
mobilitatem minui, quoniam tunica reti
stimulis modicis irritetur et iridis fibrae m
aliquid de vi sua contractili amiserint; cumque
tunica cornea ob aquei humoris decrement
guorem contrahat, et aliquantum corruget
cam retinam lumine minus adfici ideoque
lam minus contrahi. Quod enim ad primum
net, contractio pupillae mederetur vitio indi
visionis, quo laborare infantes dicuntur.
experientia et auctoritas DE LA HIRE op
Tertium vero eo minus locum habere pote
certius est, minorem sensibilitatem tunicae
potius dilatationem pupillae, maioris lum
piae recipiendae causa, quam eius contrac
requirere.

p. 176. Variat etiam pupillae magnitudo in ho
vnius eiusdemque aetatis. Pupilla myop
rumque valde ampla est, sed in iis, qui
vide

rident, magis tamen in presbytis, multo minor esse solet. In his enim pupilla frequentibus contractionibus, quae propter distinctiorem propinquorum obiectorum visionem fiunt, quaeque orbiculares fibras abbreuiant, non potest non angustior reddi; cum e contrario pupilla myopum ampla maneat, quia hi propinqua obiecta distinctius visuri, contractione eius opus non habent. Cum praeterea radii hominis in oculis perfecta visionis facultate praeditis aut presbytia laborantibus parum diuergunt, et ita impressio in retina facta, cum multa coniuncta sit molestia, ii, ad auertendam luminis partem, pupillam contrahere coguntur, adeoque haec gradatim augustatur; sed cum hoc myopibus non accidat, quia radii in eorum oculis magis diuergant, ii etiam ob hanc caussam ampliorem pupillam conseruant. Nec minus patet, quare ampla gaudeant pupilla homines fulua facie et nigris oculis conspicui, multo minori autem ii, qui pallidi sunt et oculos caesios habent. Nam cum priores debilem recipiant lucem, pupilla in iis amplior manet, quam in iis, quorum cilia albicantia multum luminis in oculum reflectunt. Hinc etiam pupillae in iis, quorum oculi in orbitis profunde sedent, ampla, in his vero, qui prominentes oculos gerunt, multo angustior sit necesse est. p. 178. p. 180.

Nec silentio praetereundum est, inaequalem, pupillae magnitudinem, non raro a diuersa tunicarum et humorum oculi natura oriri. Si nimirum humores impuri et turbidi sunt, pupilla semper ampla est, quoniam minor luminis copia ad tunicam retinam transmittitur: quod etiam euenit, quando haec ob obstructionem aut pressionem nerui lumine minus adficitur. Ex quo videre est, quare in gutta serena pupilla tam ampla sit. Hominis nerui optici sine vlla decussatione, intersectione et mixtione arcte inter se cohaerent. Natura vero hac eorum coitione tum p. 182. p. 191. p. 192.

tum iis maius conciliauit robur eorumque minus aneeps reddidit, tum efficere voluit, perpendiculum in oculos ingrederentur. Mus enim intererat vt obliqua eorum in oculum sertio impediretur, quoniam hac magnitudine insertionis et hinc consequentis insensibilitate fuisset.

p. 205. Humores oculi cum tunica cornea transparent et nullam contrahunt impuritatem, quoniam vuea et choroidea ex sanguine, eos nutriturus particulas secernunt et retinent, quibus vero p. 208. inquinantur. Sed aquei humoris colorem sistentiam diuersa aetas mutat. In iuuentute tenuis, clara et transparens est, sed prouecta aetas eam crassiorem et obscuriorem reddit, senes p. 210. denique ipsi saepe inducit albidum colorem visio multum obfuscatur. Euaporatio eius pua causa contractionis pupillae post mortem videtur, quam praeternaturalem recte dixerit ea secundum naturae leges dilatata esse de cui non aduersantur, quae VIEUSSENIVS obser quia suspicio est, eum, praegressa euapora p. 442. oculos in cadaueribus perscrutasse. Vitreus non gelatina est, sed ex solidis et fluidis par constat, et propriis vasis nutritur, ea all experimenta monstrare videntur.

p. 251. Lucem Auctor considerat doctrina NEWTONI adiutus. Ea videlicet materialis stantia est. Particulae, ex quibus constat, a lu corporibus emittuntur, pertenues sunt et v p. 260. me mouentur. Lumen reflecti potest, quod v non latuit, quemadmodum etiam eius refrangi eos non fugit, sed tamen illi refractionis leges p. 271. rarunt, a SVELLIO primum detectas. Has experimentis illustrat, imprimis autem refracti gradum in vitro, aqua et oculi humoribus deter

Nullus ſcriptor humoris cryſtallini refractio- p. 285.
nem in homine experimentis perquiſiuit. Verum
ea ſola eius ſpecifica gratuitate definiri poteſt. p. 286.
Reflexio et refractio luminis ex corporum vi repel- p. 292.
lente et attrahente oritur. Cum radii luminis inter p. 323.
ſe diſcrepent, eos diuerſe refringi et reflecti poſſe
et hoc modo variorum colorum ſenſum in nobis
excitari clarum eſt; quod Auctor vbertim exponit,
et ea reſellit, quae Cl. MELVILL doctrinae de p. 345.
diuerſa radiorum lucis magnitudine ad producen-
dum colorum et graduum refrangibilitatis varieta-
tem neceſſaria oppoſuerat. Recenſitis variorum p. 352.
ſcriptorum erroneis de videndi ratione opinionibus
Auctor eam ſibi explicandam ſumit. Omni vero
de ea diſputationi praemittit hoc NEWTONI: *
Quotcunque in loco radii ex omnibus cuiuſuis obiecti
punctis fluentes in totidem alia puncta, poſtquam re-
flexione coacti fuerint, iterum conueniunt, eo in loco
imaginem iſtius obiecti ſuper quouis corpore albo, in
quod inciderint, depingunt. Hoc generatim elucidato p. 355.
agit imprimis de vſu humorum oculi in efformanda
obiectorum imagine. Etſi vero aſſerat ex perfecta p. 361.
aut imperfecta depictione imaginis in tunica retina
perfectam aut imperfectam obiectorum viſionem
pendere, tamen negat exinde ſequi, mentem in-
tunica retina percipere imagines, aut ex eo, quod
in his videt, obiecta iudicare, cum ea tantum in p. 363.
ſenſorio, vbi reſidet, res ſibi praeſentes ſentiat. Si
enim, vt porro dicit Auctor, mens in tunica retina
perciperet imagines, in ea praeſens eſſe deberet,
quemadmodum illa, ſi perceptionis in reliquis ſen-
ſuum organis, locum haberet, non poſſet, non
omnibus corporis partibus praeſens eſſe, cum ſen-
ſus tactus per omne corpus diffuſus ſit, ne dicam,
neceſſarium fore, vt illa vltra corpus protenderetur,
cum homines membro aliquo mutilatis facile

* Opt. p. 9.

animadüerteretur, qui, vt Auctorem post amissionem
alterius cruris tristis experientia docuit, ea inde
vbi curtati sunt, molestiam aut dolorem
sibi videntur.

p. 366. Ac quemadmodum obiecta, quae per reflexionem et refractionem videntur, non in suo vero
in alio loco, a quo absunt, conspiciuntur, quia
in oculum incidentes in eius fundo imaginem
aliter effingunt, ac si ab obiecto vere illic
nullo intermedio vitro, profecti fuissent; ita
si impressio in neruosis fibris curtati pedis
abludat ab illa, quae earum extremae partes
iecto actuoso accipere potuissent, sensio
debet et mens non aliud iudicium de ea ferens,
in digitis, calcaneo et malleolo pedis, in quos
neruosae fibrae ante absciſſionem cruris
p. 367. sentiat necesse est. Hinc hypothesis Cl.
secundum quam mens omni corporis parti
est et diuersam in diuersis eius partibus vim
p. 371. exulat Si quis autem quaerat, quomodo
imagines in tunica retina connectantur et
iecta perfecte aut imperfecte conspiciantur,
imagines aut perfectae aut imperfectae sunt,
mentem, cum obiecta videat, per connatam
suas perceptiones non solum ex sensorio ad
p. 372. retinam, sed etiam ex hac versus ipsum
lineis rectis perpendicularibus reproducere
ratione mens omne obiecti punctum non in
rio aut in tunica retina sed extra oculum
has perpendiculares lineas semper videt.
p. 374. distincta visio tantum a distinctis imaginibus
retina oriri potest, nostram visionem
stinctam et perfectam esse impossibile est,
gines in perfectissimis oculis efformatae
confusione minus liberae sint; quae nimirum
fusio ex sphaerica figura refringentium
differenti radiorum refrangibilitate

exhibit. Haec, NEWTONO in auxilium vocato, fu-
sius deducuntur.

Vt obiecta diuerse distantia distincte videri pos- p. 389.
sint, opus est vt conformatio oculi eiusmodi muta-
tionem patiatur, quae obiectorum distantiae respon-
deat. Eam quidem impugnauit de la HIRE, sed p. 391.
Auctor eius argumenta eneruat et experimenta pro-
fert, ex quibus patet, nostros oculos se ad varias ob-
iectorum distantias accommodare, hanc tamen eorum
facultatem certis limitibus esse circumscriptam. Ipsa p. 446.
autem mutatio consistit in motu lentis crystallinae,
quo distantia inter eam et tunicam retinam secun-
dum diuersas obiectorum distantias ita augetur vel
minuitur, vt quocunque modo distent obiecta, tu-
nica retina debitam focalem distantiam post lentem
crystallinam semper obtineat, huiusque mutationis
instrumentum ciliare ligamentum est.

Quod ad volumen secundum attinet, haec de
eo referre lubet. Motus lentis crystallinae, qui p. 1.
multifariam consideratur, mentis gubernationi p. 16.
subest; quod suspicione de influxu mentis in p. 19.
omnes vitales et naturales motus Auctor illustrat.
Cum enim, inquit, merus mechanismus nullum p. 25.
animal formare potuerit, sed immaterialis cuius-
dam causae influxus ad eius procreationem neces-
sarius fuerit, diuinari nequit, cur a rectione mo-
tuum vitalium formati animalis talis causa exclude-
tur, et eos nouarum impressionum eiusmodi vitalis
principii minus egere existimetur. Quis negabit p. 30.
hos motus metus, moerore aliisque animi perpessio-
nibus vehementer turbari? Nonne vero hoc euincit
eos a mente pendere? Nec sine eius influxu eam,
quae Townshend gaudebat, omnes vitales motus ad
habitum supprimendi et recuperandi potestatem,
quisquam explicabit. Postquam haec et alia apo-
logiae loco pro memorata sententia Auctor dixit, p. 35.

ad motus lentis cryſtallinae redit et ex phaenomenis in myopia et presbytia obuiis, magnam eorum vtilitatem commonſtrat.

p. 94. Quo facto contemplatur pupillam, eiusque motus horumque leges, quarum plurimas iam ſupra iam attigerimus, tantum duarum poſtremarum mentionem faciemus. Hae autem ſunt: pupillae amborum oculorum vno eodemque tempore
p. 112. ſe contrahunt; ſed haec ſympathia non impedit, quominus illae contractionis et dilatationis ratione inter
p. 118. ſe differant. Eae muſculoſis circularibus et longitudinalibus vueae fibris perficiuntur; ob quam cau-
p. 122. ſam Auctor opinionem a MERY prolatam refutat, qui priorum vueae fibrarum exiſtentiam, negauit et ex ſola longitudinalium eius fibrarum elongatione
p. 133. pupillae motum explanauit. Contractio pupillae ex ſola mentis voluntate pendet, quae moleſtam intenſi luminis perceptionem amouere et confuſam obiecti in tunica retina imaginem clariorem reddere cupit. Sed cum huic ſententiae
p. 134. motum pupillae in cataracta, ignorationem huius mentis voluntatis et defectum liberae potestatis pupillam ad lubitum contrahendi et dilatandi, opponi poſſe praeuiderit Auctor, multam enim eam rem impendenda diligentiam adhibet; generatim vero de
p. 140. perio mentis in omnes vitales et naturales motus differit, volitiones tamen eius tantum motum corporis occaſionalem, non vero efficientem cau-
p. 142. vocat, hancque aut ipſum Deum aut ens aliquod ſubordinatum, quod eius iuſſu agat, eſſe dicit, ea
p. 160. occaſione etiam contra Cl. WHYTT, cui contra-
p. 166. dictoriam de his motibus opinionem tribuit, et HALLERI de irritabilitate doctrinam diſputat.

p. 175. Sequitur deinde ſolutio nonnullarum quaeſtionum, quae ad motum pupillae pertinent, earum modi ſunt: Cur dilatata pupilla clariſſime, illa autem contracta diſtinctiſſime videamus? Cur oculi optimi

optime tenebris circumdatus videat? Cur in cubi- p. 182.
culo versantes obiecta extra illud posita videamus, p. 185.
foras autem stantes, ea, quae in illo geruntur, percipere nequeamus? Cur commutatio loci valde illuminati cum loco obscuriore visionem in aliquot tempus valde minuat? Cur nonnulli homines in p. 190.
tenebris videant? Cur ii, quorum lens crystallina p. 192.
in medio macula obscuratur, non pleno die sed in crepusculo videre possint? Cur denique illi, quorum pupilla quoad dimidiam partem macula tunicae corneae aut lenti crystallinae inhaerente obtegitur, margines rerum obiectarum coloratos videant? Atrum pigmentum, quo tunica vuea et choroidea p. 208.
tinctae sunt, visionem non parum adiuuat, quoniam priorem magis opacam reddendo superfluum lumen ab oculo arcet, et efficit vt a posteriore radii lucis qui tunicam retinam pertransierunt, absorbeantur.
Postquam tunica retina imagines obiectorum p. 213.
recepit, eas nerui optici capillamenta ad sensorium transmittunt, vt visio excitetur. Verum nexus, qui p. 214.
inter nostras ideas et motus in tunica retina, opticis neruis et sensorio excitatos obtinet, a nobis ignoratur et solus a voluntate Dei pendere videtur, qui videlicet has ideas aut sensationes, quibus motus in sensorio excitati tantum occasionem praebebant, producit; cui argumento Auctor explosione omnis materialismi idearum robur addere voluit. Etsi p. 222.
tenerrima et maxime sensibilis tunicae retinae pars axi oculi respondeat et ita eae obiectorum partes, quarum imagines ab hac axi distant, obscurius percipiantur necesse sit, tamen hunc defectum raro sentimus; quia idea vnius partis tam diu continuatur, donec, motu oculi, reliquarum obiecti partium imago ei succedat, et eundem maxime sensibilem tunicae retinae locum occupet. Nec minus raro percipimus insensibilitatem huius tunicae in eo loco, vbi neruus opticus in oculum ingreditur;

quam

quam non ſolum MARIOTTE demonſtrauit, ſed quoque PICARDI et Auctoris experimenta euincunt. Nec tamen ex hac MARIOTTE recte concluſit tunicam choroideam immediatum viſus organum non eſſe, licet eius argumenta coniecturis PECQVETI minus euerſa fuerint, vt hiſtoria huius controuerſiae ab Auctore tradita docet. Ac quanquam p. 231. la HIRE ingeniosius et felicius hanc inſenſibilitatem explicaſſe viſus fuerit, tamen Auctor eius opinionem reiecit, poſtquam cognouit inſertionem p. 252. neruorum opticorum in phoca et hiſtryce axi oculorum reſpondiſſe et pupillae e diametro oppoſitae fuiſſe, Ipſe autem putat inſenſibilitatem tunicae retinae in commemorato loco inde naſci, quod tunica p. 254. retina in eo dura et calloſa ſit nec ea mollitudine et teneritate gaudeat, quae ad receptionem tam leuis guidae impreſſionis, qualem radii lucis progignunt, neceſſaria ſit, quaeque in reliqua eius parte tenuis deprehendatur, vt nerui medullam tenerum ſuperet.

p. 257. Quae Auctor de diuerſa oculorum in variis animalibus conformatione commemorat, pertinent ad conuexitatem tunicae corneae, figuram et magnitudinem lentis cryſtallinae ac pupillae et marſupium p. 273. nigrum, quod in auibus ſecretionem nigrarum fa- p. 275. guinis particularum, quae in tunica vuea et choroidea fit, et viſionem alimenti adiuuat.

p. 280. Sequitur enarratio notiſſimorum viſionis phaenomenorum. Quae GASSENDVS, PORTA, MERLENVS, NEWTONVS, ROHAVLTVS et REIGIVS, de cauſa ſimplicis obiectorum apparentiae p. 293. dixerunt, fundamento deſtituuntur. Ea ſola facultate, quam habemus, res in eo loco, vbi ſunt videndi pendere videtur. Vt hoc monſtret et planius faciat Auctor, multam adhibet operam, imprimis vero conſuetudinem in huius p. 304. viſionis modum influere, contra BERKELEIVM negat,

negat, differentiam apparentiae rerum in horoptri plano et extra illud obiectarum enarrat et quantam lucem hac ratione accipiat ſtrabismi hiſtoria oſtendit. Non ſolum igitur originem huius morbi ex p. 318.
conſuetudine, inſolita tenerrimae tunicae retinae partis remotione, obliquo lentis cryſtallinae aut tunicae corneae ſitu, debilitate viſus in vno aut vtroque oculo, vitio muſculorum et praternaturali oculi cum palpebris cohaeſione explicat, ſed etiam eius euentum praedicit. Poſtquam de his et erecta p. 329.
obiectorum apparentia egit, ad horum colores pro- p. 331.
cedit, variisque de eorum natura opinionibus reiectis, eos quintuplici ratione conſiderari poſſe dicit, nimirum vt aut ipſi lumini inhaereant, aut in colorato corpore reſideant, aut tunicam retinam percutiant, aut a mente percipiantur, aut iudicia eius de obiectis corporibus ſint.

Cum relatiua obiectorum magnitudo tantum p. 363.
ſciri poſſit, haec autem pro oculorum diuerſitate multum diſcrepet, teſtimonium oculorum de abſoluta corporum magnitudine nos nunquam certos reddere poteſt. Quod cum experientia teſtetur, iis p. 373.
qui id negant, obtendentes, Deum nos decipere non poſſe, reſponderi debet, non Deum, ſed nos ipſos nos decipere, quando nimis praecipitanter de rebus iudicamus et ideas, quas de iis effinximus, in earum locum ſurrogamus, ne dicam, oculos nobis tantum datos eſſe, vt ea, quae neceſſariam aliquam ad noſtra corpora relationem habent, nobisque aut vtilitatem, aut periculum adferre poſſunt, eminus proſpiciamus, non vero vt facultatem veram obiectorum extenſionem cognoſcendi adipiſcamur. p. 375.
Sed de relatiua obiectorum magnitudine in plurimis caſibus optime iudicare poſſumus, quando non ſolum ea in tunica retina depinguntur, ſed etiam eorum diſtantia a nobis cognoſcitur; cum error in cognoſcenda obiectorum diſtantia commiſſus iudicium

cium de eorum magnitudine peruertat, quod exp
plis ex communi experientia petitis confirmat.

Mens vero obiectorum distantiam seq
modo cognoscit: Primum oculus ita conform
esse debet, vt diuerse distantes res distincte
possit. Secundum angulus, quem optici axes
obiecti parte, in quam oculi infixi sunt, effor
hanc intelligentiam communissime et satis
p. 388. adiuuat. Ex quo imprimis patet, cur erroneae
stantiarum cognitio, ex vitio alterius oculi
medentibus viam guttae serenae, vnum tantum
lum deprauantis, aetatem cognoscendi et huius
bi exitum diuinandi monstret; quod Auctor exe
nobilis feminae, vno oculo caecutientis, illustrat,
p. 390. se hoc morbo diu affectam credebat. Sed
percepta motus vtriusque oculi aequalitate,
quaereret, quando liquores in vasa infundendo
coniiciendo filum in acum, primum peccarit
vnum mensem vix esse elapsum cum hoc
animaduertere coepisset, respondet, morbi
tionem hoc tempus non excedere concludo
eumque curationem admittere, nec spe delus
vidit, cum post sex hebdomades morbus de
p. 394. fuit. Tertium obiectarum rerum ante cogni
distantiam mens ex earum apparenti magnitu
colligit. Quartum facit ad diiudicandam obie
rum distantiam vis impingentis in oculum cele
Quintum intelligimus num obiectae res longi
propius a nobis absint, quando minores
partes distinctius aut magis confuse videntur.
facultati de distantia obiectorum iudicandi
fert repraesentatio earum rerum, quae inter
p. 411. praecipuum visionis obiectum posita sunt.
p. 413. cum nonnullis exemplis illustrauit Auctor, pau
p. 416. situ, figura et motu obiectorum addit, imp
autem varia motus phaenomena explanat.

Vltimo

Vltimo loco quaeritur de vesania eorum, qui oculorum medelam empiricis oeconomiam eorum et visus rationem ignorantibus, aut talibus, qui specificorum medicamentorum vim extollunt, committere solent. Quo verius haec dicta putamus, eo magis optamus, vt maturata commentarii sui de morbis oculi ac sanatione eorum euulgatione huiusmodi hominum temeritatem reprimat, nec minus vero eum rogamus, vt nobis eam voluptatem, quam ex scriptione nimia argumenti perspicue et eleganter propositi repetitione non onerata capere possimus, non inuideat.

III.

Obseruations anatomical and physiological, wherein Dr. HVNTER's claim to some discoveries is examined. With Figures. By ALEXANDER MONRO iunior, M. D. and Professor of Medicine and of Anatomy in the Vniuersity of Edinburgh. Edinburgh: printed by Hamilton, Balfour et Neill, August. 1758. 8. pagg. 80. tabb. aen. 2.

i. e.

Obseruationes anatomicae et physiologicae, in quibus Cl. HVNTERI ius, quo nonnulla inuenta sua esse contenditur, disquiritur. Cum iconibus. Auctore Cl. ALEXANDRO MONRO. Iun.

Quamuis in corporis humani dessectione cuicunque harum rerum studioso penetralia peruestigare liceat, non omnibus tamen recte cuncta perspiciendi facultas datur. Si quis ergo vltra reliquos sapiat, laudem omnino meretur decentem, et aequo

ferre

ferre animo nequit, si detrahatur illi inno-
quod suorum laborum praemium iustum es-
cat. Multa huius rei exempla historia no-
gerit praecedentium seculorum nostrique
nouum autem exhibet documentum Cl. H
RVM inter atque Cl. MONROVM exorta de
nullis inuentis controuersia. Vterque suam
plicanda atque enodanda anatome feliciter
operam, vt eo minus dubitandum sit, fieri
vt vterque in vna eademque parte indaganda
obscura illustret, num vero in iis, de quibus
sermo est, casibus ita res euenerit, non de-
audemus, quum vtique multa sint, quae pro
MONROO videntur pugnare. Sufficiet itaque
bis, candide exposuisse, quae hic proponuntur.

Sunt nempe duo praecipua, quae in quae-
nem veniunt momenta, ductuum seminalium
testiculis, vasorumque lymphaticorum ex cel-
tela, exortus. Bina haec argumenta singula-
quibusdam scriptis iam olim explicauit Cl.
ROVS. Alterum scilicet in dissertatione inau-
de testibus et de semine in variis animalibus Edi-
1755. edita, alterum in tractatu, *de venis ly-
ticis valuulosis et de earum in primis origine*, Ber-
1757 * euulgato. Quum sibi horum inuento-
gloriam praeripuisse autumarit Cl. HVNTER
sui nunc defensionem, eum, de quo iam dice-
libellum proposuit Cl. MONRO. Quo vero le-
beneuoli sciant, quid in hoc potissimum
quaerendum sit, indicamus, post introductio-
sequi seminalium ductuum, deinde vasorum
phaticorum valuuloforum, nec non glandula-
lymphaticarum disquisitionem, porro de absorb-
ratione in ramis venarum rubrarum disputari,
his duabus sectionibus conclusiones formari,

* vid. Comment. nostr. Vol. VII. P. II. p. 339.

quo de horum ſyſtematum abſorbentium vaſorum vſu diſputici in viuiparis quidem animalibus, et tandem glandulae lacrymalis ductus deſcribi.

In introductione itaque ſtatum, quem vocant, controuerſiae explicat Cl. MONRO, et ea, quae in ſui defenſionem a fratre fuerant propoſita, ſe inſcio, eo, quo in exteris adhuc regionibus verſabatur, tempore fuiſſe prolata probat, operam ſe daturum eſſe promittens, vt primo ſua vindicet inuenta, et aduerſarii deinde argumenta ponderet.

In ſeminalium ductuum perueſtigatione primo occupatus Cl. Auctoris accuratiſſimus pater vix dimidiam epididymidem replere poterat, feliciori vius fortuna Ill. HALLERVS ad rete teſtis et aliquos ductus rectos penetrauit, tandem anno huius ſeculi quinquageſimo tertio hydrargyro repleuit Cl. Auctor magnum ſerpentinorum ductuum numerum, ſed anno demum, et quod excurrit, poſt expoſuit *, ſine eo, vt aliquid de Cl. HVNTERI ſtudio huius rei reſciuerit, ille vero icones Noſtri videre potuerit. Quum vero ſic interni teſtis ductus ſine quoſum cognitionem Cl. HVNTERVS primo ſe perſperiſſe adſerat, quoque ad Cl. MONROVM relationem deduxiſſe autumet, diſquirit Noſter illa argumenta, quibus ſuſpicionem ſuam confirmare vult Cl. HVNTERVS, diluitque, ſiquidem et illa videntur debilia eſſe, nec non docet, HVNTERVM eiusmodi experimenta non feciſſe. Tandem, quod plurima vaſcula, *efferentia* inde dicta, ex teſte in epididymida ſecedunt, et epididymidis maxima pars vnum ſimplicemque tubum conſtituit, ſupereſt adhuc magna quaeſtio, quis demum ille ſit locus, vbi plurima illa vaſcula in vnicum coniunguntur ductum?

p. 6.

* Nempe in Eſſays and Obſeruations phyſical and litterary. Of. Edinburgh. 1754. Vol. I. art. 16. p. 396. vid. Comment. noſtr. Vol. V. P. I. p. 71.

ductum? huius phaenomeni itaque explicandi [illegible] iconem addit Cl. MONRO, ex quo apparet, [illegible] efferentia conos formare vasculares, eosque [illegible] toties conuolutos confluere in vnum sensim lar[illegible]rem ductum.

p. 19 Ad dilucidandam porro alteram controuersi[illegible] partem de vasis lymphaticis et glandulis iterum [illegible] Auctor breuem praemittit horum vasculorum hi[illegible]riam, quorum post detectam a HARVAEO sang[illegible]nis circulationem demum facta est mentio, quorum [illegible] etiam praesentia saepius comprobata opinionem [illegible] fecit, eorum eundem esse ac arteriarum rubrarum [illegible] decursum, venas scilicet suis respondere arteriis [illegible] adeo subtilibus, vt conspici nequirent. Anno huius [illegible] seculi quinquagesimo secundo, quum suum [illegible] Auctoris frater *de hydrope* * dissertationem conscri[illegible]beret, ad vasorum lymphaticorum disquisitionem [illegible] incitatus Noster, varia instituit, minus bene proce[illegible]dentia, tentamina, sequente itaque anno cum ma[illegible]curio replebat lymphatica vasa, sed valuulae [illegible] obstabant, quo minus euentus responderet [illegible] implebat arteriis, variis adhibitis rebus, nec mul[illegible] cum successu, animusque desperabat ni pr[illegible] opinionem testiculum replendo porci, iucundo [illegible] ctaculo vascula vidisset lymphatica repleta [illegible] a quo tempore aliquoties idem apparuit in ani[illegible] casionibus, sine eo tamen, vt attenderet Cl. Au[illegible] ad extrauasationem, verum tamen, quod tunc [illegible] mum lymphatici ductus in conspectum ve[illegible] si extra vasa missum esset hydrargyrum, tunc [illegible] et confirmata fuit opinio de officio eorundem [illegible] bendi et origine, postmodum in singulari [illegible] vberius exposita. Clarum autem esse monstr[illegible] perimenta haec anno iam huius seculi quinquage[illegible] mo quarto quintoque facta fuisse, quae simul [illegible] dissi[illegible]

* De hac diximus in Comment. Nostr. Vol. VI. P. IV. p. 688.

disset cum sua de testibus inaugurali dissertatione, nisi tempore et copia rerum fuisset impeditus. Etsi autem anno quinquagesimo septimo demum prodierit hicce libellus, probat tamen Cl. MONRO, patris, Cl. BLACKII, professoris Glasgouiensis et Cl. REIMARI, medici Hamburgensis, testimoniis hanc suae inuentionis aetatem; licet Cl. HVNTERVS, vndecim annos ante, idem se obseruasse asserat, vteriusque arbitratur Noster, ex inaugurali sua dissertatione Cl. HVNTERVM hanc opinionem demum didicisse, et ex egressu vasorum lymphaticorum ex glandulis conglobatis male eum conclusisse, illa esse vasa absorbentia. Argumenta, ab aduersario adducta, reliqua perpendit, neque experimentis fulciri eadem, annititur declarare, immo ex aliis auctoribus eandem hausisse, id quod docte eleganterque exequitur.

Sunt autem alia quoque ac lymphatica vasa, p 55.
quae absorbendi facultate instruuntur, hinc in sequenti disquisitione Cl. Auctor, rubrarum sic dictarum venarum absorbendi virtutem perpendit. Denegauerat hanc venis potentiam Cl. HVNTERVS ex praeconcepta opinione, lymphatica vasa sola esse absorbentia, autumans, hanc suppositionem cum simplicitate atque perfectione naturae non conspirare. In ouiparis autem animalibus et auibus, quum neque lymphatica nec lactea vasa sint, venas resorbere necesse est, in viuiparis absorbent vasa placentae, ad nutriendum foetum, in qua tamen, nec non in chorda vmbilicali nemo potuit vasa lymphatica demonstrare. Porro fluida, in venas iniecta exudant per cutim et caua corporis, cuius rei demonstrandae caussa varia instituit tentamina Noster, quibus constitit diuersa fluida per mesentericas venas in intestina transprimi, et facilius quidem in eorum caua, quam in arterias. Immo olim iam BILSIVS, HORNIVS, MERY, KAAV BOERHAAVE

chylum, ſpiritum vini, aliaque fluida, a vena meſaraicis reſorpta aperte viderunt. Eam itaque argumentis experientiisque tela contra aduerſarium conficit Noſter.

p. 65. Operam tamen dat Cl. MONRO, vt explicet vſum generalem duorum ſyſtematum venaque reſorbentium in animalibus viuiparis. In animalibus viuiparis lymphatica adſunt vaſa aeque ac lacteis enim concludit Noſter, quo vtroque deſtinato ouipara, quum vero lympha commiſceatur medicamentibus iisdem cum chylo prius ad ſanguinem quam deferatur, ergo lymphatica vaſa data ſint ſeruiant lacteis. Quoniam tamen chylus in oris recipitur a venis meſaraicis, lente iam ſanguine miſcetur, inprimis, quod eidem dum ſit per hepar, prius ad cor quam defer Quod autem vaſa venoſa ſimul reſorbent in ris, duplex adhuc ratio eſſe videtur, primo per illa reſorbeantur particulae ſingulari vſui viturae, v. c. in ſanguine venae portarum ad tionem bilis, et ſic porro, ſecundo, quod omnis abſorpta particula cum chylo miſceri ſed tantum pars elaboratior et ſaponacea diſſoluendi, acria obtundendi et heterogenea di vim habeat; ſiquidem per obſeruationes ſtratum ſit, et analogia confirmatum, vaſa lymphatica abſorbentia ſuis orificiis latius patere, lantes venarum rubrarum ramos. Neque vaſa quaedam lymphatica in rubras venae quum maxima eorum pars per omnem longi nem ductus thoracici deſinat.

p. 69. Haec ad defenſionem ſui contra Cl. HUNTERVM hucusque diſputauit Noſter, in *poſſ* quod dicit, mentionem fecit atque dilucidat nem Cl. AKENSIDE, qui *in Philoſophical Tran actions* for. 1757. Vol. L. P. I. p. 322, pariter ſeruationes de origine et vſu vaſorum lympha corum

corum in animalibus propoſuit, quarum vis eo redit, vt ex ſimilitudine vaſorum lacteorum atque lymphaticorum, ratione ſtructurae, ad ſimile abſorbendi officium concludat.

Tandem, quae de ductibus glandulae lacryma- p. 74.
lis obſeruauit, ſubiungit. Hos in brutis animantibus viderunt multi, in homine vero abſconditi manſerunt, vt alii ſubſidiarias lacrymarum vias ſimul quaeſiuerint. Iam anno huius ſeculi quinquageſimo tertio, in detegendis hiſce ductibus occupatus Noſter, duo vel tria ſubtilia admodum orificia ad internum latus ſuperioris palpebrae aperta vidit, in quae immittens minores ſetas verſus glandulam lacrymalem ex his continuari ductus perſpexit, ſequentia repetita tentamina iterum dubiam reddiderunt praeconceptam opinionem, quippe quum non adeo feliciter ſuccedebant, ſed tandem de veritate conuictus fuit. Hyeme nempe anni quinquageſimi et ſeptimi in ſuperiori palpebra verſus canthum externum tria vel quatuor orificiola perſpexit, quibus immitti potuerunt ſetae, verſus glandulam dirigendae. Quo eo facilius haec patefent, in aqua, ſanguine tincta macerauit oculum, ideo felici euentu, vt ductulos, ceu tubulos capillares, rubro humore repletos inuenerit, in quos pro lubitu ſetas immittere poſſet et extrahere vicisſim. Ductus autem hi per varias glandulas tranſibant, quare glandulam lacrymalem ad congregatas glandulas refert. Immo hydrargyro immiſſo ductus hoſce ramoſos fieri vidit, et cuncta iconibus additis confirmauit. Pluribus denique experimentis idem reperit. In auibus vnus eſt atque communis ductus, in homine plures, quare ſolum lacrymarum ſecernendarum organon eſt haec glandula, plures autem ductus, quo parua earum copia, ſimul egrediatur, nec moleſta fiat oculo. Et haec quoque inuentio ſolertis indagatoris gloriam auget.

IV.

De Cataracta. Theſes ex Anatomia et Chirurgia Praeſide M. IOANNE BAPTISTA ANTONIO ANDOVILLE Profeſſore regio cet. IACOBVS RENATVS TENON Sc. nenſis Art. Mag. etc. Pariſiis in regiis Chirurgorum ſcholis d. 14 Iun. 1757 pro actu publico et ſolenni cooptatione tuitus eſt. 4to. pl. 2. cum tab. aen.

Cum in altera, chirurgica huius tractationis parte, Cl. Auctor tantum de extractione cataractae egerit, in priore nonnullas tantum obſeruationes praemittit, quae corneam, vueam et lentis fabricam et ſedem concernunt, ex quibus ea, quae icone declarantur, breuiſſimis indicabimus.

Membrana, pupilla perforata conſpicua, quam
p. 3. iridis nomine Noſter habet, breuiſſimo ligamento ſcleroticae eo in loco adhaeret, vbi haec cum cornea committitur. Septum iridis a maiori circumferentia ad pupillam vndatim excurrentes fibrae formant, huic a parte poſteriore adhaerent lingulae albentes ex proceſſibus ciliaribus deductae. Hae linguhae a maiori cryſtallini conuexitate teneriores ſunt, et partim impediunt, ne mucus a cryſtallini humoris attritu detergatur et maior iridis circumferentia his fulta planam ſuperficiem obtendat. In iride duo circuli vaſculoſi adducuntur, in quos vaſa ſepti confluunt.

Poſt iridem in maiori eius circumferentia tenuiſſimae prominentiae albidae excurrunt, quae proceſſus ciliares conſtituunt, anterior eorum extremitas in orbem effingitur et circulum ciliarem excedit, proceſſus duos per hanc ſuam extremitatem vnitos inuenit Noſter, ex qua vnione fiebat roſtrum

lum, ex cuius conuexitate lingulae supra descriptae oriebantur. Interna processuum ora plures flexus continet, et retinae et vitreae membranae flexus ita adhaerent, vt flexus inde sumant. Si membrana tollitur, *apparebit in aqua limpida obseruanti cuiusque processus ora externa super fundum solidum, cauernosum tamen, sita, cum funiculis albis, qui a protuberantia communi nascentes ad ipsos desinunt.*

Postea crystallinus humor, eius situs in capsula, p. 4
in qua libere haeret et imbibitione nutritur, adhaesio capsulae ad partes vicinas, mutationes lentis post cocturam et macerationem in acidis aliisque liquoribus et inde definienda fibrarum directio describitur, inprimis vero lamella crystallini microscopio subiecta ita declaratur: *retaculum fibris rectis pene parallelis, filamentisque longe tenioribus transuersis subtiliter contextum; ex fibrarum cum filamentis unione innumeri exsurgunt pori quadrati longiores; iteratis saepissime obseruationibus lamellarum interiorum fibras densiores comperimus, quam exteriorum, proindeque in illis exiguiores pori.* Delineatur lamella similis ex squatinae crystallino desumpta.

Capsula lentis, a vitreo deducta, duplex describi- p. 5.
tur, posterior tenuius est fossulum impressum inuestiens, anterior retinae productionibus firmata videtur. Non tantum vero ambitus capsularum et retinae ad limbum crystallini cohaerent et vsque ad processus ciliares producuntur, sed et furculi albi veluti neruosi vtramque capsulam perreptant, ex quibus omnibus firmum satis pro subtilitate partium exsurgit ligamentum, quod ciliare vocant.

In chirurgica huius tractationis parte cata- p. 6.
ractam tunc adesse ostenditur, si color trans pupillam conspicuus in album, flauum, subnigrum cet. mutatur et visus imminutio vel plenaria abolitio sequitur. Obseruationibus ita variis adductis ostenditur, et crystallinum ipsum opacum fieri posse, et capsulas

ſigillatim nunc ſpiſſo luto aqua diluendo, nunc concretionibus poſt macerationem perſiſtentibus, limitas, nunc ex omni parte opacas, eſſe, et
p. 8. omnibus colligitur, cataractam vel eſſe cryſtallinam vel capſularem, vel ex vtrisque compoſitam, et cryſtallinam quidem vel mollem dici poſſe, quae ex omni parte ſoluta eſt, vel ſolidam, lente exacta et mole imminuta, capſularem vero in anteriorem et poſteriorem diuidi poſſe, compoſitamque ex his intelligi.

p. 9. Cauſas nunc breuiſſimis attingit, in ſignis autem declarandis accuratius verſatur. In his alia ab aegro, alia a chirurgo percipiuntur; cum nos omnia huc transferre nequeamus, addamus tantum ea, quae cryſtallino anteriori propria ſunt; haec ſuperficiei proxima, vel conuexa et coeruleo candida vel plana in centro albida, vel acuta in apice albicans, in circumferentia glauco colore cincta deprehendimus. His iungit quoque prognoſtica ſigna et quando cataracta operationi ſuſcipiendae apta ſit, quando tangi nequeat, ſuccincte proponit.

p. 10. Cum cataracta vel depreſſione vel extractione curetur, depreſſionem minus tutam pronuntiat Noſter. Acus enim non tantum muſculi abducentis tendinem ſed neruum ciliarem, proceſſus, ligamentum cet. laedit, ruptis vaſis membranae choroidis, ſanguis effunditur; cryſtallinus, ſi diſſolutus fuerit, in aqueum humorem effunditur, ſi ſolidus vix perfecte deprimitur, pupillae partem obturat, et in aliam et peruerſas ſedes deducitur, immo in cameram anteriorem propellitur, quibus incommodis omnibus operatio per extractionem facta obnoxia non eſt.

p. 11. Si cryſtallina eſt, lens extrahatur; ſi capſularis anterior, capſula crucis in modum incidatur et lens extrahatur, ſi capſularis poſterior eſt, inciſa capſula interiori et lente extracta etiam poſterior ſimili modo incidatur, tunc enim, via radiorum ad reti-

nam

nam libera erit. Duplici itaque ſcalpello opus eſt, quo cornea deſcinditur, altero capſula finditur. In corneae inciſione aptum eſt ſcalpellum Cl. DE LA FAYE quod vna facie, recuruum latere duntaxat ſcindens eſt, excepto apice, qui anceps deprehenditur, et a Cl. Auctore delineatus ſiſtitur. Hoc aegro rite diſpoſito ad ſemilineam a coniunctiua (potius a ſclerotica coniuncta) diſtantiam, ad minorem oculi angulum in corneam immittitur, et e regione pupillae ad latus oppoſitum dirigitur, quo eandem corneam in oppoſito loco perfodiat, fiſſura vsque infra pupillam producta, quo facto inſtrumenti acies introrſum conuertitur et, cornea diſſecta, retrahitur. p. 12.

Cornea inciſa, de incidenda capſula ſollicitus ſit chirurgus, quod ſcalpello a Cl. Auctore propoſito et delineato optime perficitur. Hoc ſtylo ſimile ab vna parte aciem quandam productam habet, alteraque parte obtuſum exiſtit, et parte hac obtuſa ſurſum ſpectante ita per pupillam in cameram poſteriorem adigitur, vt iris ſine laeſione quodammodo ſurſum premi poſſit, nec ipſe, nec proceſſus ciliares laedantur, tunc parte acuta inciſio capſulae praeſtatur, vsque ad marginem oppoſitum producitur, et porro verſus minorem oculi canthum, ora pupillae pauliſper retracta, inuerſo inſtrumento ſectio perficitur, qua facta lens ſaepe ſponte cadit et extrahitur. In cataracta capſulari anteriori et ſaepe etiam poſteriori, cruciata ſectione ſimili modo perficienda operatio abſoluitur.

V.

Inſtitutiones Pathologiae medicinalis Auctore H. D. GAVBIO. Leidae Batauorum apud Samuelem et Iohannem Luchtmans 1758. 8 mai. Alph. I. pl. 8.

Compendia ſcientiarum ſtruere et ex amplissima cognitione, quam diſcendo et experiendo acquiſiuimus, praecipua diſciplinarum capita in ordinem digerere, primasque lineas ducere haud vulgaris labor eſt. Hunc in pathologia ſuſcepit, et egregie perfecit Cl. Auctor et ita non ſolum auditoribus ſuis ſed et aliis, qui veram et ſolidam, ab omni hypotheſium fuco remotam, morborum cognitionem expetunt, ſatis fecit. Ideam itaque operis exponere, et ex omnibus ſuccincte elaboratis doctrinis nonnulla breuiter indicare noſtrum eſt. Quod ſi vero rerum propoſitarum copiam breui recenſione aſſequi nequeamus, excitabimus tamen lectores noſtros, vt has ipſi inſtitutiones euoluant, et, quae in iis ſolide propoſita ſunt, penitius intelligant.

Praemiſſa igitur breui introductione in omnem medicinam, in pathologia generali naturam, cauſas et ſymptomata morbi tanquam obiecta pathologiae in genere diiudicat. In ſpeciali tractatione in naturam et differentias morborum accuratius inquirit, et quatenus ſolida et fluida varie mutari poſſint, perpendit; potentias nocentes et cauſas morborum poſtea fuſius conſiderat et actiones laeſas ceu ſymptomata in ſenſu et motu, nec non in actionibus vitalibus, naturalibus et ſexus ſigillatim, proponit; tandemque tractationem de morborum differentiis accidentalibus ſubnectit.

p. 1. Vita et ſanitas, morbus et mors obiecta medicinae ſunt, et licet priores ſecundum naturam, poſte-

posteriores praeter et contra eam eueniant, omnes tamen ex causis physicis pendent, et naturales dici merentur. Mens nimirum humana vi commercii, quod eidem cum corpore intercedit, fabrica et mixtio solidarum et fluidarum partium, et res innumerae nos ambientes singulari agendi potestate praeditae, triplices vires sistunt, quibus et salutares et minus salutares mutationes inducuntur, quae si apte conspirauerint ex lege naturae vegetam longaeuitatem, sin minus, morbos et mortem inducunt. *Medicina* itaque *est scientia et prudens directio virium naturae humanae ad vitae et sanitatis a morbis et morte tutelam.* Illa itaque duplex medico imponit officium, alterum seruandae vitae et sanitatis, alterum morborum curandorum. Hinc systema p. 5.
institutionum medicinae in duas partes distribuitur, scilicet in hygienen et iatricen. Illa officium medici circa hominem sanum tradit et physiologiam, semioticam physiologicam et diaeteticam complectitur: haec officium medici circa hominem aegrum perpendit et pathologiam, semioticam pathologicam et therapeuticam sistit. Fundamenta nunc harum doctrinarum, quatenus et certa et dubia sunt, summatim considerat Cl. Auctor et se ad pathologiam tantum explicandam conuertit.

Pathologia cognitionem hominis sani praesup- p. 11.
ponit, ad hanc enim normam aegrum considerat et dum ostendit, quomodo morbus distet a sanitate, viam ad medendi methodum sternit. Haec vero disciplina medica morbi naturam, differentias, causas et effectus perpendit. Status corporis humani p. 12.
viuentis, quo fit, vt actiones homini propriae non possint apposite ad leges sanitatis exerceri, morbus dicitur, natura itaque morbi generalis in male effectis corporis viui conditionibus illis, quibus id aptum est, suam conferre symbolam ad actiones humanas, sita est. Colligenda itaque sunt phenomena sani

cor-

corporis ex eius mechanismo et viribus, nec non ex actione corporum applicatorum et ingestorum pendentes et examinandae historiae morborum et Cl. Medicorum obseruationibus concinnatae, et quibus praecipue vis naturae in morbis deducitur.

p. 24. Morbus mutationem corporis a statu sano ponit et est effectus corporeus determinatae potentiae cuius vi existit. Hinc deducitur scrutinium causarum, quae a medicis varie distinguuntur; praecipue autem ad remotas et proximas respiciendum est, illae singulare aliquid conferunt ad morbum producendum, nec tamen eundem, nisi coniunctae inducunt, haec, ex concursu omnium remotarum nata, sola integrum morbum constituit. Raro tamen simplex est causa, sed ex pluribus conditionibus concurrentibus composita, morbus itaque gradu mutatur, quoties quaedam, totum componentes, causae deficiunt vel accedunt, ex qua re ratio durationis, incrementi, decrementi et paroxysmorum datur potest. In harum rerum scrutinio compositae causam primum in simplices resoluere, postea omnes componere debet medicus, quo ex his morbus totus cognoscatur.

p. 32. Attendenda vero sunt seminia morborum siue causae praedisponentes, quae, corpori insitae, morbi generationi fauent, et potentiae nocentes siue causae occasionales, quae in corpore, in quo dispositio est, morbum producunt. Requiritur autem mutua vtriusque speciei affinitas, quo in vnum effectum conspirent, si enim vna alteram destruit, morbus non oritur.

p. 34. Symptoma vi vocis est omne id, quod homini accidit et in aegro tantum attenditur, in quo sensibilem quandam a statu naturali mutationem notat, quae ex praesente morbo nascitur, ab eo tamen et causa diuersa est, et illam praecipue status morbosi partem efficit, quae in sensus aegri et medici occurrit.

currit. Pendet autem vel a morbo, vel a cauſa, vel ab alio ſymptomate, et haec accurata diſquiſitio et ſubordinatio multum facit ad intellectum naturae morbi, eſtque vera via, qua ad hunc ducimur. Quo- p. 43.
niam autem in morborum decurſu naturae molimina, quae a vi vitae pendent, obſeruantur, illa quoque attendi, et ſymptomata actiua dici merentur: licet enim ani morbi ſaepius ſollicitentur, peculiarem tamen indolem habent, et ſymptomata ſalutaria a morboſis certe diſtingui poſſunt. Ex illis itaque in omnibus morbis praeſentibus intelligitur, quid ſint naturae propriam ſalutem propagantis certamina. Neque haec quamuis ſalutifera ſint, ſemper moderata deprehenduntur, ſed interdum iuſto debiliores, interdum modum excedentes, a medico moderari debent.

Haec etiam epigenomena dicuntur, ſed et alio p. 46.
ſenſu fortuita quaedam accidentia in ipſo morborum decurſu obueniunt, quae a cauſis variis ambientibus pendent, et cum ſtatum morbi mutent, ſeparatim quidem conſideranda, nec cum veris morborum ſymptomatibus confundenda ſunt; haec enim ſunt neceſſaria, eſſentialia et primaria, illa minus neceſſaria et fortuita veraque epigenomena dicenda. Vera etiam morbi ſymptomata ordine quodam eueniunt, et ita conſiderari debent, alia enim ſunt perpetua, alia temporaria.

His in pathologia generali praemiſſis, ad ſpecia- p. 52.
lem progreditur Cl. Auctor, et quo differentiae, quae inter morbos accidunt, melius intelligantur, a ſimplicioribus ad magis compoſitos progreditur. Ad morbos ſimpliciores accuratius conſiderandos, analyſis chemica corporis humani omnino facit, quam generalem praemittit, poſtea morbos ſolidi ſimpliciſſimi, viui, continentis et inſtrumentarii, ſcilicet fibrae, et huius vi vitali pollentis, canalis, organorum et viſcerum morbos ſigillatim recenſet.

Simili

Simili ratione morbos fluidorum considerat, atque
mo quidem vitia cohaerentiae et acritatis humo-
distinguit, alia a secessione humorum oc-
tandemque humorum singularium chyli, sangui-
et succorum secretorum morbos examinat
ad humorum morbos relatiuos accedit, et quo-
tem eorundem vitiatam, fluida loco aber-
motusque vitia in humoribus subiungit, et, quo-
do ex his morbi compositi fiant, declarat.

Seligamus ex his morborum differentiis, cum
omnes tangere nequeamus, nonnullas, quo mo-
dus docendi Cl. Auctoris inde cognoscatur.
p. 66. quam ille vitia solidi simplicissimi in debilita-
rigiditate exposuit et in illa laxum, iners,
tenerum, tabidum, fissile et fragile, in hac ten-
durum et fugile quasi vitreum distinxerat, ad-
p. 72. bos solidi viui eruendos se confert. Vim viuam
solidi dicit, qua id ad contactum irritamenti
contrahit et crispat; inde et sentiendi et mo-
facultatem inuoluit, et licet vis illa per viuum
corpus viuum diffusa sit, in diuersis tamen partibus
corporum et in diuersis hominibus diuersa
viget. Vis vitalis ab animali distinguitur, quia
haec illam excitet; est ἐνορμιῶν HIPPOCR.
in solidis haerens non in fluidis, nec ab elemen-
nec a mixtione pendens, nec cum vi elastica,
attractionis, efferuescentiae confundenda; an ab
electrica? Sic dubie de vi vitali enunciat Cl. Auct.
eam tamen ab omni alia vi motrice corporum
vsque detecta distinguit, nec eam a fluido,
p. 79. neruoso est, deducere audet. In morboso
statu, ad quem nunc considerandum se con-
Noster, et torporem et irritabilitatem tanquam
extrema a statu sanitatis aberrantia distinguit. *Irri-
tabilitas est solidi viui tanta sensilitas, vt leuibus stimulis
in motus erumpat enormes, quibus aequabilis functio-
num tenor perturbatur; Torpor vero ponit solidi qui
immi-

imminutam vario gradu ſenſilitatem, hinc, ad irritamenta niſus in contractionem tam paruos, vt non ſuffi-ciat is producendis motibus, quos oeconomiae ſalus poſtulat. Cl. Auctor itaque ad ſenſilitatis et niſus diuerſos gradus praecipue reſpicit, quae, noſtro quidem iudicio, a mutuis ſolidi et fluidi affectionibus depen-dere videntur.

In fluidis morbi cohaerentiae et acritatis pri- p. 126.
mum conſiderantur et ratione prioris ad tenuitatem et ſpiſſitudinem, ratione poſterioris ad mechanicam et chemicam, reſpicitur; cum etiam haec in humori-bus magis indaganda ſit, viam cauſalem ad eam vl-terius declarandam eligit.

In morbis humorum relatiuis quantitas primo p. 177.
conſideratur, et plethora ad molem, ad ſpatium et ad volumen diſtinguitur. Prior molem ſanguinis ita exuberantem ponit, vt partibus continentibus ob nimiam diſtenſionem moleſta ſit. Haec vera eſt et abſoluta. Secunda ex imminuta ſyſtematis circu-latorii capacitate oritur, quantitate ſanguinis haud pariter imminuta. Haec reſpectiua eſt, et firmis partibus nimis conſtrictis debetur v. c. in terrore, in acceſſu febrili. Tertia aucto rarefacti ſanguinis volumine molem veluti auctam mentitur, quanquam huius nulla ſit exſuperantia. Haec ſpuria eſt et a calore aeris, balnei, febris inflammatorii in-docitur.

Motus humorum inteſtini vitia difficile cognos- p. 193.
cantur et ex fermentis chemicis ſano ſenſu explica-tis tantum quodammodo illuſtrantur. Motus pro-greſſiuus non tantum auctus et imminutus a ſolidis pendet, ſed et in directione abnormi peccat, quae tamen idea ex peruerſa viſcerum et partium conſti-tutione pendet.

Ad cauſarum examen nunc ſe conuertit Cl. Au- p. 200.
ctor et potentias nocentes in variis ſex rerum non naturalium viciſſitudinibus et vitiis, et primo quidem

in

nociuis aeris poteſtatibus, nec non in cibo et
p. 245. diſquirit. His adiungit potentias, quae vim
bent. Venena alia ex figura mechanice, alia
mixtione chemice agunt, ex his alia putridum
ducunt humoribus, alia vaſa conſtringunt et
mores inſpiſſant, alia perniciſſima vi ipſum
pium vitale inuadunt, ſingularium tamen actio
adeo obſcura ſit, explicari vix poteſt, cum
quae geneſi quaſi continuata multiplicentur et
pagentur, cum in variis mirabilis facultas
humores in ſui ſimilitudinem conuertendi
ciatur, nec a ſeminio verminoſo, nec a metu
animi affectu vehementi, nec a ſtimulis ſolidi
fermentis fluidi omnis repeti poſſit venenorum
efficacia.

p. 254. In cauſis morborum vlterius diiudicandis
errores in motu animali progreditur. Noxa
damna ex poſituris et motibus ſingularibus v. c.
ſeſſione et decubitu explicat; ſimili ratione
tationes mentis immodicas, vim noxiam
perturbationum, exceſſum ſomni et vigiliarum
excretionem et retentionem inordinatam
dit; tandem de calculi et vermium geneſi et
mentis agit et alia forinſecus admota addit.

p. 312. Seminia morborum in naturalia et ea, quae
ter naturam ſunt diſtinguit. Illa ſunt, vel
nia vel propria, ad communia praecipue
firmarum corporis humani partium cohaeſio
haud inſuperabilis; ſuccorum multitudo et
mutabilis; canalium numerus, ſubtilitas,
ſuperficies meatibus vndique patens, principium
valde ſenſile, fugax; functionum omnium
larum generale fundamentum in motibus
poſitum, etc. quae noſtro quidem iudicio
ditiones corporis viui, non cauſae ipſae, ſed
ſiſtentes, cur corpus non omnibus cauſis
reſiſtere poſſit; inter priuata ſeminia,
ſexum,

ſorum et temperamentum recenſet et idioſyncraſiam ſubiungit. Ad ea, quae praeter naturam ſunt, ſemina, haereditariam diſpoſitionem ex vtero materno aut lacte nutricis propagatam, morbos ſimpliciores, qui diu ſine incommodo feruntur et per acceſſionem aliorum ſeminiorum vel potentiarum demum euoluuntur, refert. His adiungit Cl. Auctor tractationem p. 320. de differenti cauſarum morbificarum conſtitutione et oſtendit, quam attente medicus et ordinem et differentiam cauſarum occaſionalium et praediſponentium in morbis indagandis inter ſe conferre debeat, et vires naturae medicatrices examinat. Continuis vitae actionibus deſtrueretur corpus, niſi nutritio accederet; vulnera et alias laeſiones natura in ſolidis reſtituit, et humores peruerſos ſubigit et temperat, vti in criſibus videmus, cui vſui varia data ſunt emunctoria. Inde profluunt motus automatici irregulares quidam, ſed ſaepe ſalutares, ex quibus febris prae reliquis attendenda eſt. Nec menti deſunt conamina, quibus ſanitatem tuetur; huc certe rerum noxiarum faſtidia, aut medicatarum appetentiae pertinent, et memorabilis quoque eſt facultas aſſuefaciendi in vtroque hominis principio, per quam multis ea innoxia ſunt, quae alios morbum inducunt. Dubia quaeſtio eſt num haec facultas menti, an corpori, adſcribi debeat? Forte vtrique, licet explicatio phaenomenorum difficillima ſit.

His in cauſarum examine accuratius propoſitis p. 337. ad ſymptomata progreditur Noſter et ad qualitates ſenſibiles alienatas v. c. colorem, foetorem, duritiem et vitia excretorum, praecipue vero ad actiones laeſas reſpicit. Ex his vniuerſales ſcilicet dolorem p. 346. et anxietatem primo conſiderat. *Dolor eſt triſtis ſenſatio ſui generis, quam ita percipit mens, vt ſemper ad aliquam ſui corporis partem, tanquam quae vim patietur, referat.* Nititur igitur mutuo inter mentem

et corpus commercio: corporeum, quod in eo et, ad certas mutationes partium ſenſibilium refertur, per continuos neruos ad ſenſorium animae perlatas, efficit tamen in mente angorem et moleſtiam. Inde et dolores ſine cauſa manifeſta corporea orti poſſe autumat Noſter in inſomniis ſcilicet et delirio. Num vero a ſola potentia, quae laeſionem continui mutatur, an motu fluidi per neruos impedito pendeat, dubia eſt quaeſtio? Vtrumque noſtro quidem iudicio concurrit. Et *ἀναϑυμία*, qua aegri dolorificas mutationes non percipiunt, inter ſymptomata referri meretur. Pruritus eſt ſenſatio dolori proxima, et doloris initium facit, et irritationem ſenſu quidem non triſti, ſed inquietante tamen moleſtam ponit. In externis partibus non tantum percipitur, ſed leuiores ſtimuli, in internis partibus oriundi, huc quoque referri poſſunt, quorſum irritabilitatem hypochondriacorum et hyſtericarum refert, et anxietatem a dolore diſtinguit Cl. Auctor. A praeſenti malo dolemus, ab imminente, quod auerti aut ſuperari poſſe quit, angimur, in anxietate igitur imaginatio maxime afficitur. Sed dantur quoque anxietatis cauſae in corpore, quando impedimenta circuli humorum et reſpirationis percipimus. Hoc itaque ſymptoma, quod magis, quam dolor, ſyſtemati vitali, tanquam monitor malorum datum eſt, a medicis omnino attendi meretur.

p. 360. Ad exercitationes ſenſuum laeſas nunc ſe conuertit Cl. Auctor, et poſt organorum externorum vitia, etiam internos ſenſus in delirio potiſſimum laeſos examinat. Delirare dicitur, qui ideas, ab internis cauſis natas, ad res externas refert, praeſentia igitur percipit, quae abſunt. Hoc in illo licet ſenſationum exercitium peruertatur, praecipue tamen facultas iudicandi in vigilante perturbata. Delirium itaque inducunt tenor medullae cerebri generisque neruoſi infirmatus et virtus ſentiendi

inde labefactata, circuitus humorum intenſior ad encephalum potiſſimum directus, fibrarum ſenſoriarum ſiccitas, rigiditas, per quas minus mobiles mutabilesque redditae ſtatus ſemel concepti nimis tenaces ſunt, irritamenta in ſenſorium commune vel proxime vel per conſenſum agentia, et impedimenta alia, quae encephalo vim inferunt. Inde et patet, quid diſpoſitiones ad morbos, v. c. in temperamento melancholico ad deliria excitanda praeſtare poſſint. His expoſitis ad facultatis motri- P. 393.
cis ſymptomata progreditur, ſpaſmi et paralyſes examinantur, et ſomni affectiones morboſae enarrantur.

Symptomata motuum vitalium in reſpiratione P. 405.
motuque cordis et arteriarum; naturalium in appetitu, actione primarum viarum, mictione et excretione cutanea; ſexusque in vtroque ſexu obſeruanda poſtea ſuccincte enumerantur, et ad differentias morborum ordinandas progreditur. Ad hanc rem P. 461.
optime faciunt ſymptomata, quae multifaria concurſione et ſucceſſione et pro partium, in quas incidunt, diuerſitate, diſtinctos morbos exprimunt. Quilibet morbus ſua habet ſymptomata propria; licet igitur natura morbi nos lateat, vel inter diuerſas medicorum opiniones ambigua ſit, ſymptomata tamen partem morboſi ſtatus euidentiſſimam efficiunt. Cum igitur mutua inter morbos detur affinitas, et genera et ſpecies poterunt conſtitui, ita, vt ſperandum ſit, morbos ad normam hiſtoriae naturalis ſcriptorum digeri et in ordinem ſyſtematicum redigi poſſe, qui ab omni hypotheſi ſectarumque commentis liber ſola nixus fideli obſeruatione conſtitit.

Sub finem tandem Noſter morborum differen- P. 465.
tias accidentales ab origine, ſede, curſu, gradu, indole et euentu definitas exponit. In morborum differentiis ab origine deductis haereditarios et

congenitos ab acquisitis siue aduentitiis distinguit. Hi in pandemios et sporadicos diuiduntur, quorum priores vel endemii vel epidemii sunt, reliquae differentiae ab anni temporibus, temperamentis, aetatibus et sexu desumuntur.

VI.

Dissertatio inaug. de epiphysium ab ossium diaphysi diductione, Auctore M. GEORG. CHRISTIAN. REICHEL. Lipsiae ex officina Breitkopfia 1759. 4to. pl. 6. tab. aen. 2.

Inter eos morbos, qui iuniorum ossibus proprii sunt, praecipue epiphysium ab ossium diaphysibus diductio attendi meretur, quam Cl. Auctor in hac dissertatione considerat. Praemissa itaque huius diductione, in qua, hunc morbum a plerisque fere neglectum, demonstrauit, ipsarum epiphysium genesin modumque crescendi describit, qui vasculi in epiphysium substantia cartilaginea repertis, praecipue perficitur, quippe quae materiem ibi adhuc
p. 4. hunt osseam, particulas adponunt, totamque
p. 6. epiphysin tandem in os mutant. Huius ossea nunc factae epiphyseos structura, ab illa diaphyseos multum differt. Scilicet, ossa praecipue arctius in media parte compage laminarum arctissime iunctarum sunt fabrefacta, versus extrema autem laminae illae secedentes spatia intermedia efficiunt, quae mire intertexta cellulosa tela occupat, epiphyses vero meris cauernulis construuntur, quas a latere laminae quaedam osseae compingunt, eo vero in loco, vbi cum aliis ossibus tam in articulo coniunguntur, quam vbi cum aliis ossibus concrescunt,
p. 8. lamina cartilaginea illas inuestit. Vtrumque vero os et epiphyseos et diaphyseos variis eminentiis et foueis mutuis, quibus inter se committuntur, ad instru-

inſtructum, qua cohaeſione prouida natura fortiorem effecit nexum, quem quoque, adiuuante periosteo, magis firmauit, donec tandem haec oſſa omnino concreſcuut et vnum corpus efficiunt; quae mutatio, etiam harum appendicum mutat nomen, ſiquidem tunc appellantur apophyſes. Hae mutationes commodam Auctori dederunt occaſionem, vt, quomodo oſſa per diuerſa vitae ſtadia mutantur et epiphyſes cum diaphyſibus concreſcant, conſideret. Aſt ſunt multae cauſae, quae p. 9.
oſſium incrementum impedientes epiphyſium cum diaphyſibus retardare poſſunt vnionem, vti ſunt graues atque diuturni morbi. Quemadmodum enim omnia oſſa variis morborum generibus ſunt p. 11.
obnoxia, ſic in primis horum appendices ob raram atque pumicoſam ſubſtantiam illis infeſtari ſolent. Cum enim illius cauernulae tenui membranula innumeris vaſis referta, oleumque medulloſum includente inueſtiantur, inde, ſi haec vaſcula obſtruuntur vel inflammantur, omnes inflammationis ſequelas et effectus perpeti debent, qui tandem eo peiores fiunt, ſi oleoſus medullae liquor corruptus et acris omnes, etiam duriſſimas, oſſium partes arrodit et deſtruit, ſiquidem inde plurima oſſium vitia originem ducunt. Ipſa epiphyſium ab oſſium diaphyſi diductio haud raro his ex cauſis oritur, ad quam conſiderandam nunc propius accedit Auctor. p. 13.

Poſtquam igitur veteres hunc morbum notatu iam cenſuiſſe dignum monuit, illum accuratius deſcribit. Scilicet, quando appendices illae vel capita, quibus inprimis oſſa cylindracea artuum praedita ſunt, a media illa parte, quae diaphyſis vel corpus appellatur, et quacum cohaeret, ſecedit, dicitur diductio. Quae cum variis a cauſis p. 14.
oriri ſoleat, inde varie diſtinguitur. Alia eſt, quae a cauſis internis oritur, et dicitur ſpontanea. Haec praecipue in iuniorum infantum corporibus euenire

ſolet, quando articuli intumeſcunt et rachitici fiunt, vel ſi a corrupta materia arroduntur et peſſimo illo ſpinae ventoſae aut paedarthrocacis malo afficiuntur, vbi haud raro, vt epiphyſes e ſede ſua moueantur, contingit. Neque vero ſolum iuniores, ſed et adultiores hoc morbi genere afficiuntur, vti in corporibus iuuenum ſcorbuto enecatorum obſeruatum fuit, vel quando morboſa materia ad articulos
p. 16. per metaſtaſin transfertur. Alia diductionis ratio eſt, quae a cauſis vel violentia externa inducitur, et dicenda violenta.

Haec duas in claſſes iure diſtinguitur, quarum altera facillime fieri poteſt, quando epiphyſis in loco commiſſurae tantum diducitur, vti euenit, dum in partu ipſo foetus minus prouida manu educitur, vel dum teneriores puerorum artus variis motibus vehementius premuntur, aut adducuntur; altera quando in loco commiſſurae oſſa iam firmius cohaerent et violenter ſeparantur, particula epiphy-
p. 19. ſeos vel diaphyſeos ſimul abripitur. Bene vero hoc ab aliis articulorum vitiis eſt diſtinguendum, idque eo magis, cum frequentius eiusmodi epiphyſium diductio pro luxatione accipiatur; hinc praeter alia ſigna diagnoſtica, illud in primis attendendum eſt, vt membro denudato diſquiratur num circa articuli capita ſinus aut hiatus inueniatur, quippe quo praecipue a luxatione dignoſcitur epiphyſium ſolutio, cum in luxatione eo in loco ſemper tumor appareat maior, in quem os prorupit. Augent ſuſpicionem, quando chirurgus mobilitatem vel flexilitatem membri inſolitam inuenit, quando cauſam violentam acceſſiſſe agnoſcit, quando puerum valetudine infirma affectum et tumores articulorum antea perſpexit.

p. 21. Vti autem omnis fractura circa articulos periculoſa eſt, ſic ſane epiphyſium ſolutio periculo non caret, indeque vix vnquam aut raro ſaltem pro

rerum

rerum ratione boni quid in epiphyſium diductionis medela ſperandum aut praedicendum erit, quoniam plerumque membri aliqua relinquitur foeditas. Sunt enim multa mala, quae epiphyſium ſolutionem ſubſequi ſolent; ſic, ſi epiphyſis ſoluta non rite reponitur et in ſitu continetur, ſaepe oſſa manent ſoluta, et articuli ſic dicti formantur analogi, vel ſi oſſa quoque iterum concreſcunt, membrorum poſtea efficitur diſtorſio, deformitas, inaequalitas. Mala vero fiunt multo peiora, quando acres corruptique haec ad loca adfluunt humores, vti in corporibus ſcorbuto, lue venerea vel rachitide inquinatis euenire ſolet; vbi caries oritur, quae raro in oſſibus ſpongioſis permittit medelam, et hac quoque accedente, rigor tamen articuli et vera plerumque manet ankyloſis. p. 23.

Vt his autem eo maiorem conciliet fidem, variis exemplis hanc rem illuſtrauit Cl. Auctor, quorum copiam Cl. LVDWIGIVS ex egregio ſuo oſſium morboſorum theſauro ipſi fecit. Epiphyſium itaque diductarum mirumque in modum quidem, at diſtorte accretarum in humero dextro atque ſiniſtro refert exempla; vbi prius harum partium conformationem et qui fiat, vt epiphyſes facile diduci poſſint, conſiderat, quam oſſium ipſorum exhibet hiſtoriam. Ipſas horum oſſium figuras depinxit Auctor, et vt eo melius, in quibus a ſanis recedant partes morboſae, pateſcat, figurae oſſis morboſi ſimul a latere adpoſuit aliam oſſis ſani. p. 26.

Capitis porro femoris ſoluti, neque rurſus coaliti ſingularem proponit hiſtoriam, prius vero, quam ipſam recenſet, huius capitis ſolutionem plerumque pro luxatione haberi, PAREI exemplo illuſtrat. Operae vero pretium eſſe, vt haec hiſtoria breuibus referatur, exiſtimamus. Iuuenis viginti circiter annorum, cui ex curru delapſo caput femoris ſiniſtri ſeparatum fuerat, male erat ſanatus, ita, vt caput p. 30.

in acetabulo relictum cum ceruice femoris non concretum fuisset. Id quod ex eo satis apparebat, quoniam, dum erectus in pede dextro staret, non solum pes sinister duodecim pollices erat brevior, sed et crure sinistro innitens, femoris trochanter maior vsque ad cristam ossis coxae protrudebatur. praeter ea pedem ita mire torquebat, vt digitos pedis ori admouere, humero vtrique et ab anteriore et posteriore parte, immo capiti, idque sine vi atque doloris sensu imponere posset.

p. 32. Hanc historiam femoris epiphyseos inferioris deductae excipit exemplum, quae, si a causis internis originem ducit, periculosissima est, atque raro sine articuli rigiditate vel vera eius ankylosi ob vicinam patellae sanatur; nonnunquam etiam epiphysis mobilis vi musculorum ad latus ossis femoris trahitur, cui postea, in situm verum non reposita, accrescit. Hoc in primis confirmat admirandi ossis a parte anteriore et posteriore depicti figura, cuius autem expositionem sine illa vix commode exhibere possumus.

p. 35. Hinc, quomodo huic pertinacissimo ossium hosti obuiam eundum, miserisque aegrotis subueniendum, generali primum commentatione demonstrat. Scilicet, ad omnem epiphysium solutionem requiritur, vt membri laesi situs naturalis cauta extensione rectaque repositione restituatur, deinde in situ ille per accommodatas fascias et machinas retineatur, vt tandem separatae partes ita vnitae atque retentae rursus ferruminentur. Cuncta haec postea sigillatim et quae praecipue in repositione sint obseruanda exponit Cl. Auctor. Quando epiphysis separata fuit, partes leniter tantum sunt extendendae, siquidem talis sufficit extensio, per quam distortae partes a mutuo remouentur contactu, vt sine superiorum attritu, debitum in situm commode iterum compelli possint. Praestat quoque hanc extensionem

nem manibus quam laqueis et fasciis susципere, quoniam illis membrum laesum et aequabile extendi et optime dirigi potest; fortior enim in hoc malo extensio magis nocere videtur, idque ob mollitiem partium in corporibus iunioribus. Quando vero ipsa epiphysis plures in partes diffracta fuit vel fragmenta a diaphysi abrupta vicinas partes laedunt, tunc periculum maius imminet, siquidem omnia facile in corruptionem tendunt; inde per aliquot dies medicamentis antisepticis, vt haec auertatur, moliendum, quae si conueniunt, chirurgum, vt omnia in situm compellat naturalem, admonent, si autem corruptio augetur, vt membrum abscindat, necesse est. Tandem, quae chirurgum certum reddunt, omnes perturbatas partes verum in situm repositas fuisse, Auctor exponit signa.

Quod si itaque ossa bene reposita sunt, tunc p. 39.
vt omnia in illo situ retineantur necesse est. Qua de re quidem fasciarum ferularumque accommodatio necessaria esse videtur validissima; ast, vti in omni ossium laesione circa articulos, sic quoque in hac praecipue valida fasciarum constrictio est pestifera. Cum vero non vnus idemque vinciendi modus in omnibus epiphysium solutionibus adhibendus sit, inde diuersa diuersorum articulorum deligandi ratio est perpendenda. In humeri epiphyseos p. 40.
superioris diductione ea deligandi ratio, quae in eius colli fractura applicari solet, accommodanda est. Haec autem ab auctoribus varie admodum describitur, quam ob rem variae prius scriptorum methodi ab Auctore disquiruntur et postea illa cum spica simplici deligatio reliquis, et praecipue illi cum fascia duodeuiginti capitum, quippe quae ob crassitiem et inaequalitatem partium vix commode applicari potest, praefertur. Si quando autem humeri epiphysis inferior fuit diducta, tunc fascia duodeuiginti capitum est accommodanda; ne vero

articulus rigeſcat et inutile brachium efficiatur, faſcia ſaepius reſoluta, locus laeſus manu continendus et articulus caute mouendus eſt. Simili modo agendum eſt, ſi ex ſummo cubito epiphyſis fuit diducta, haec ſic, prouti olecranum diffractum vel cubitus luxatus deligatur, ea modo adhibita ratione, vt omnia laxe tantum circumdent membrum.

p. 42. Artuum epiphyſes diductae inferiorum eandem, niſi maiorem, exigunt attentionem, in primis ea, quae ex femore ſuperius ſecedit. Hanc vero epiphyſin diductam debito in ſitu continere, res eſt ardua, quoniam muſculis inuoluta eſt validiſſimis, qui vix permittunt, vt commodo in ſitu retineantur partes diductae. Inde ſingularis partes in ſitu retinendi machinae, quam HILDANVS deſcripſit, mentionem fecit; prae reliquis autem HEISTERI cum DVVERNEII atque PETITI conuenientem deligandi rationem commendat, qua efficitur, vt
p. 44. membrum laeſum extenſum conſeruetur. In ſolutione epiphyſeos femoris inferioris non minore cura opus eſt; membrum enim ita eſt inuoluendum, ne articulus nimium compreſſus ob copioſa annexa ligamenta atque patellae viciniam obrigeſcat. Aptiſſima itaque deligandi ratio eſſe videtur, quae cum faſcia duodeuiginti capitum fit, qua accommodata membrum in lectulum ſtramineum vel in arculam PETITI eſt immittendum atque ita, vt in reliquis epiphyſium diductionibus, vsque ad decimum quartum diem quietum relinquendum, niſi aliquod ex inflammatione aut alia re periculum ſit.

Non minus autem medici auxilium quam chirurgi ad haec oſſium vitia ſananda requiritur. Haud raro enim contingere ſolet, vt callus in iunioribus ob molliorem ſolidorum compagem et humorum abundantiam nimium luxuriet, inde, vt nimium calli incrementum coerceatur, neceſſe eſt, id,

id, quod parciori victu, lenioribus purgantibus, frictione partis affectae et modica fasciarum constrictione efficitur. Quod si vero calli genesis in p. 47.
epiphysium diductione, quae praecipue violentia quadam externa facta est, retardatur, tunc illam apto regimine, cibis boni succi atque remediis, quae moderate excitant, est iuuanda. Quae autem epiphyses a vitiis in interioribus ossium genitis diducuntur, plerumque difficilius cum osse ipso vniuntur, ideoque eiusmodi miseri aegroti medentium inprimis auxilio indigent. Cum vero plurimae huius morbi sint causae, inde, vt ad has omnis medentium dirigatur attentio, necesse est. Oportet autem praecipue lymphatico-oleosos humores in interioribus ossium cauernulis inclusos corrigere, vtpote in quibus maxima horum dirissimorum malorum obseruatur sedes; ast horum humorum correctio, nisi simul omnes corporis humores mutentur, difficile admodum fieri solet. Mutatio haec humorum validissima requirit resoluentia, quae tamen tenera eiusmodi corpora vix perferre possunt, quapropter illis potius serum lactis dulce pro potu propinandum est ordinario, diaeta praeter ea obseruata tenui, quibus lene interdum interponatur purgans. In qua medendi methodo diu perseuerandum, siquidem maxima spes in his valetudinibus est, fore, vt aeger impetum morbi trahendo effugiat. Haud raro vero euenit, vt humores coeant, tumorem efficiant et cutis exedatur; vbi tumor incidendus et omni opera moliendum est, vt id, quod corruptum, exeat. Cum autem exfoliatio in ossium rara atque pumicosa substantia rarissime fiat, inde saepius remedium illud, vt membrum abscindamus, supereſt miserrimum. Quando vero hoc vitium a miasmate venereo originem ducit, tunc dirissimo tali hosti potius insidiae struendae, quam armis obuiam

obuiam eundum eſt, ideoque ferum lactis cum his barum ſuccis paratum diu exhibendum erit.

VII.

Recueil Périodique d'obſeruations de Médecine, Chirurgie, Pharmacie etc. Par M. VANDERMONDE, Docteur Regent de la Faculté de Paris, Profeſſeur en Chirurgie Françoiſe et Cenſeur Royal. Tome VII. à Paris 1757. chez Vincent. 8. Alph. 1. pl. 7 et Tome VIII. 1758. Alph. 1. pl. 13.

h. e.

Collectio periodica obſeruationum ad artem ſalutarem, chirurgiam, pharmaciam etc. pertinentium. Auctore Cl. VANDERMONDE. Tomus VII et VIII etc.

In menſe Iulio 1757 deprehenditur,

p. 3. 1. *Obſeruatio de ruſtico, qui intenſum calorem perpeſſus nec ab vllo animali rabido morſus, ſubito hydrophobus factus fuit.* Auctore Cl. LAVRENS. Iuuenis viginti circiter annorum horis pomeridianis ſub feruidiori ſolis calore per aliquot milliaria iter fecit, et inſignem ſtatim virium proſtrationem ſentiens pauloque poſt omnibus vere hydrophobis ſymptomatibus cruciatus, remediis incaſſum adhibitis, periit. Cadauer ob ſubitam putredinis euolutionem medicos a diſquiſitione prohibuit.

p. 10. 2. *Obſeruatio de effectu ſingulari ſanguinis in puella ſedecim annorum reſoluti.* Auctore Cl. MAHON. Sanguinis ſpumoſi inſigni per os copia reiecta paucas poſt horas obiit, cuius corpore aperto omnium in pulmonibus arteriolarum minimarum diapedeſin laxaque

laemique de reliquo fibrarum corporis pulmonumque inprimis compagem reperientes cauſam huius laritatis in patre, ante huius puellae procreationem phthyſico exiſtente, quaeſiuerunt.

3. *Obſeruatio de effectibus nucleorum prunorum et ceraſorum imprudenter deglutitorum funeſtis.* Auctore Cl. MARTEAV DE GRANDVILLIERS. Hominis cuiusdam, per quinque menſes febre, colica conuulſiua, vomitu et ſingultu cruciati, demum mortui corpore aperto, ſex nucleos prunorum in inteſtino coeco, quod aeque ac colon et rectum gangraena correptum fuerat, deprehenderunt. Huic obſeruationi ſimilis fere ſubnectitur, puella nimirum, nucleis ceraſorum deglutitis, vomitu continuo vexata et ita emaciata fuit, vt omnis, dum haec notata ſunt, ſanitatem recuperandi ſpes decederet. p. 15.

4. *Experimenta, quae ad regenerationem aluminis ex terra propria, per acidum vitriolicum ſeparata ſpectant; ſubnexis quibusdam compoſitionibus artificialibus aluminis ope aliarum terrarum dictique acidi* *. Auctore Cl. MARGGRAF. p. 23.

5. *Obſeruatio de ſingulari diaphragmatis, hepatis, cordis etc. diſlocatione.* Auctore Cl. GLATIGNY. Cauſa diſlocatarum harum partium fuit hydrops aſcites, diaphragma ſurſum pellens pectorisque cauitatem coarctans. p. 38.

6. *Obſeruatio de vulnere, quod exploſa glans ſclopetaria brachio inflixit, una cum humeri fractura.* Auctore Cl. RAVATON. p. 42.

7. *Obſeruatio de hydrocele, ob quam ſuſcepta fuit caſtratio.* Auctore Cl. DVRAND. p. 49.

8. *Obſeruationes de herniis cum inteſtinorum adhaeſione ad annulum.* Auctore Cl. TARDIEV. p. 53.

9. *Indiculus morborum epidemicorum, qui anno 1750 et 1751 in vrbe* Caillan *dicta locisque adiacentibus regnarunt.* Auctore Cl. DARLVC. Tempeſtatem p. 55.

* vid. Comment. noſtr. Vol. VI. P. II. p. 328.

tem nimirum pluuioſam valdeque calidam, [illegible] fere aeſtatem durantem excepit febris putrida [illegible] pelatoſa. Haec totam faciem occupans cum [illegible] quietudine, anxietate, ſiti et facie valde [illegible] coniuncta fuit. In nonnullis haemorrhagia [illegible] inque aliis angina, deglutitio difficilis voxque [illegible] acceſſit. In paroxyſmo febris deliria, ſubſultus tendinum, deiectiones bilioſae virideſcentes, [illegible] ridibus refertae, vrina turbida et craſſa obierunt ſunt. Sphacelo accedente aegrotantes obierunt, quibus vero ſudor foetidus viſcidusque exiit, ii euaserunt. Emetica et purgantia, ſtatim ab initio adhibita, multum profuerunt, venae ſectio autem ſingulare leuamen non attulit, acidorumque, extrinſecus partibus effectis applicatorum vſus nocuit. Hyeme anno 1751 pleuritis gangraenoſa regnavit, inque ea venae ſectio nocuit, emetica vero, [illegible] tempore adhibita, mala materie primas vias liberarunt et a diarrhoea, ſemper funeſta, praeseruarunt. Poſthaec diaphoretica, leniſſima cardiaca, pulueres nitroſi, camphora et alcalina volatilia cum decocto cornu cerui, adhibitis inſimul vaporatoriis, opem tulerunt.

p. 65. 10. *Summa obſeruationum et remediorum quorundam.* Deprehenduntur hic

Litterae, quas de vermibus ſanguineis ad Editorem huius diarii dedit Cl. BOVSQVIER. In duobus hominibus, dum vena ſecabatur, vermes viuos rubellos exire vidit.

p. 67. *Obſeruatio de virtute tabaci emetica.* Auctore Cl. MARRIGVES. Foemina viginti trium annorum, ſcabie affecta ſuaſu circumforanei cuiusdam linteis, decocto tabaci madefactis, brachia crura omnesque ſcabie affectas partes inuoluit ſtatimque lectum calidum intrat. Tribus horis elapſis illa horrorem per totum corpus ſentit, atque nauſea, vomitu violento ſanguineo, vna cum brachiorum crurum

arum musculorumue spinae dorsi conuulsionibus cruciatur. Accersitus paulo post Cl. Auctor miserumque statum animaduertens inuolucra statim remoueri iubet et venaesectione aliisque remediis a molestiis foeminam quidem liberat, insignem tamen ventriculi debilitatem atque appetitum prorsus nullum diu remansisse perhibet.

Obseruatio de virtute foliorum asari in puluerem redactorum naribusque attractorum. Auctore Cl. DESMARS. Miles lapsu regionem temporalem dextram terrae impingens semianimis domum gestatur, paulo post ad se rediens vomituritione vexatur, sed nihil euomens tribus diebus elapsis multum sanguinem per aluum deiicit. Dolore circa regionem istam persistente, grauatiuo pariter in orbita sentito, continuaque lacrymarum profusione remanente, suasu Cl. Auctoris folia asari puluerisata versus vesperam naribus attrahit, quo facto die sequenti insignem copiam materiae purulentae ac serosae emungit tribusque dosibus per tres sensim dies attractis materieque euacuata perfecte conualuit. p. 70.

Remedium, cuius efficacitas in arthritide et doloribus rheumaticis experientia probatur. Partes nimirum aequales radic. aristoloch. rot. et gentian. nec non summitat. et folior. chamaedr. chamaepit. et centaur. min. in puluerem rediguntur, cuius drachma vna omni die tempore matutino per tres menses cum aqua, vino aut infuso theae sumitur, posthac per alios tres menses grana 45, hisque elapsis per sex iterum menses drachma semis atque anno ita elapso alternis semper diebus drachma semis deglutitur hocque remedio per duos annos ita continuato arthritidem et rheumatismos inueteratos cessare, dicunt. p. 72.

II. *Obseruationes meteorologicae mense Maio* 1757 *annotatae.* p. 74.

12. *Morbi,*

p. 78. 12. *Morbi, qui eodem menſe Pariſiis* fuerunt pleuro-peripneumoniae, hyeme obſeruatae, hoc vero menſe mitiores morbilli, nonnullis lethales, tandem continuae. Praeter hos morbos hinc inde variolas febresque putridas obſeruarunt.

p. 79. 13. *Indiculus morborum quorundam epidemicorum in locis, Lutetiae Pariſiorum adiacentibus, obſeruatorum.* Multi nimirum peripneumonia biliosa rarunt, cui venaeſectio, caſſia et emetica optima dederunt medelam.

In *menſe Auguſto* 1757 occurrit.

p. 81. 1. *Obſeruatio de hydrophobia ſpontanea ſecuta.* Auctore Cl. LAVIROTTE. Homo qui a nullo animali demorſus non ſolum hydrophobus ſed et aerophobus fuit, ita, vt ne minimum quidem halitum ferre poſſet. Remediis incaſſum adhibitis periit.

p. 98. 2. *Litterae, quas de febre ſingulari, paroxysmis et delirio periodico ſtipata, et cortice peruuiano curata ad* Cl. VANDERMONDE dedit Cl. SVMEIRA. In venis viginti annorum febre quartana, poſthac tertiana, laborauit, qua profligata paucos poſt die omni die verſus veſperam noua febris acceſſit, quae deliriis ſtipata, et continuae typum ſeruans corticis peruuiano exhibito profligata fuit.

p. 102. 3. *Obſeruatio de aſcite et pectoris hydrope ex phthyſeos quadam renalis venereae ſpecie continuata usu lactis, victum vnice conſtituentis, curata.* Auctore Cl. LANDEVTTE.

p. 106. 4. *Obſeruatio de apertura in infimo ventre formatae cuiusdam ſponte orta.* Auctore Cl. DEBERGE. Praeter menſium obſtructiones aliasque affectiones morboſas, quibus per aliquot annos foemina quaedam cruciata fuit, notamus, varias demum inſta

vmbili-

vmbilicum siniſtrorſum exortas fuiſſe excreſcentias, quarum vna fuit, ex qua intra ſex menſes plus quam octingentae librae aquae effluxerunt.

5. *Experimenta de terra aluminis.* Auctore Cl. MARGGRAF *. p. 11

6. *Litterae, quas de hernia inguinali ope gangraenae curata atque inteſtini partibus ſeparatis denuo vnitis ad Editorem huius diarii dedit* Cl. ROVSSELET. Parte nimirum inteſtini gangraenoſa a Cl. Auctore exſecta, vtrumque extremum ſponte demum coaluit, ita, vt foeces via naturali canalem inteſtinorum tranſirent. p. 124.

7. *Deſcriptio operationis cum tumore vmbilicali ſuſceptae.* Auctore Cl. HENRION. Intra viginti nimirum annos hernia vmbilicalis in foemina ſenſim formata in ingentem demum magnitudinem abiit. Gangraena tandem accedente, tumore ſponte rupto faecibusque egredientibus, partes, gangraena corruptae, a Noſtro ſeparantur ac foemina a morte quidem liberatur, ita tamen, vt foeces continuo per aperturam in vmbilico relictam exirent. p. 131.

8. *Relatio de pleuro-peripneumoniis, quae* in loco, *Saint-Jean d'Angeli*, dicto *menſe Martio et Aprili anno* 1757 *regnarunt.* Auctore Cl. MARCHANT. Morbus hic quatruplici modo infeſtauit aegrotantes. Alii enim pleuritide ſeu peripneumonia ſpuria abſque vllo malignitatis ſigno correpti per tres aut ad ſummum quinque dies aegrotarunt. Alii febre quaſi continua decubuerunt, inque his capitis et renum dolor, vigiliae pertinaces, deiectiones purulentae et verminoſae, ſaepiſſime ſudores copioſi, ſymptomatici, nullum leuamen afferentes, tuſſis ſicca, reſpiratio breuis et profunda, nullus tamen laterum dolor nec etiam pectoris pondus adfuerunt. Haec et ſequentes morbi ſpecies vltra ſeptem dies non p. 134.

* vid. Commentar. noſtr. Vol. VI. P. II. p. 330.

non durarunt. Alii porro laterum dolore, [illegible]
vt plurimum coſtas obſidente, inſimulque [illegible]
moleſta laborarunt. In his ſub initium morbi [illegible]
tum album ſaponaceum, in progreſſu autem cra[illegible]
et quaſi purulentum obſeruatum fuit. De reli[illegible]
omnia fere ſymptomata ſpeciei praecedentis in [illegible]
gore morbi apparuerunt. Alii denique, praeter ſym[illegible]
ptomata ſecundae et tertiae ſpeciei, notabili appe[illegible]
ſione vna cum ſputo rubiginoſo et ſanguinolento [illegible]
non deliriis vagis obſcuris laborarunt. In omni[illegible]
praeterea vrina facilis, rubra et purulenta, ra[illegible]
aluus obſtructa, interdum fluxus ſeroſus ſympto[illegible]
ticus adfuit. Plurimi aegrotantes vermes aut p[illegible]
vomitum aut per aluum reddiderunt. In nonnul[illegible]
morbo hoc peremtis membranam pulmonum pa[illegible]
priam atque pleuram in coagulum craſſum, ſolid[illegible]
et quaſi purulentum mutatam, inque corde polyp[illegible]
notabilis magnitudinis, in vaſa egredientes, re[illegible]
rerunt. Hicce morbus ſexui ſequiori homini[illegible]
que tenerioribus minus, quam robuſtis fatalis [illegible]
minusque etiam infantes et ſenes infeſtauit. [illegible]
dores in principio boni ominis non fuerunt, q[illegible]
autem euacuationes ſufficientes factas et ver[illegible]
ſeptimum diem ſecuti ſunt, critici et ſalutares [illegible]
runt. Solo naturae beneficio morbus iſte non c[illegible]
ſans auxilium promtiſſimum poſtulauit. Qua[illegible]
enim die elapſo nec vllo remedio adhibito ſpes m[illegible]
ſuperfuit. Prima ſpecies venaeſectione aut et p[illegible]
gatione ſemel bisue vſurpata facilius profligata [illegible]
In reliquis autem venaeſectio plus, quam ſemel, [illegible]
dum quater, nunquam vltra, neceſſaria fuit. D[illegible]
reliquo purgantia, emetica et diaphoretica leni[illegible]
multum valuerunt, inprimis autem tartarum e[illegible]
ticum cum tamarindis, caſſia aut manna coniuncta
mira praeſtitiſſe Noſter refert.

9. Subs[illegible]

9. *Summa obſeruationum, remediorum et librorum.* p. 150.
Occurrunt hic,

Litterae, quas de effectibus ſolani in cancro mam-
mae curando ad Editorem huius diarii dedit Cl.
INARD. Licet haec planta a Cl. Auctore nondum
ſurpata ſit, eam tamen, ad belladonnae familiam
ertinentem, hac ipſa multo ſecurius optimoque
um ſucceſſu in cancro adhibendam eſſe, autumat.

Remedium ad perniones ſpiritus ſalis, partibus af- p. 154.
ectis applicatus laudatur.

10. *Obſeruationes meteorologicae menſe Iunio* 1757 p. 156.
notatae.

11. *Morbi, qui eodem menſe Pariſiis regnarunt.* p. 159.
Pleuro peripneumoniae totam hyemem ad hancce
menſem vsque durantes, hoc euanuerunt, variolae
ontra, in paucis menſe praecedenti obſeruatae,
lures infantes ſymptomatibus grauioribus infeſta-
unt. Alii praeterea febre quadam, maculis latio-
ibus magisque rubris, quam in morbillis, ſtipata,
aborarunt.

In menſe Septembri 1757 reperiuntur,

1. Litterae, quas de formatione oſſium in ani- p. 161.
malibus et ligni in arboribus ad Cl. BONNET dedit
L. DUHAMEL DU MONCEAU.

2. *Methodus in curandis pleuro-peripneumoniis bi-* p. 168.
oſis ac putridis admodum proficua. Auctore Cl. DE-
LAIGNE. Ad impediendam inflammationem
rena ſemel biſue ſecta, emetica exhibuit, nulla
autem febre praeſente, ſtatim ab initio emetica dedit
orae reliquis ea in eiusmodi morbis laudans. Cum-
que cauſam dicti morbi primariam in inſpiſſatione
ſuccorum lymphaticorum ponat, Noſter ea propter
partibus affectis emplaſtrum veſicatorium applicat.
Putredine euoluta antiputrida, vt bolum ex radice
contrayeru. camphor. et nitro vel oxymelle ſcilli-
tico ete. dedit.

p. 175. 3. *Litteræ, quas ad* anonymum dedit Cl. [illegible] ZOVX, diarium inſitionis variolarum continens, [illegible] in puella quatuor annorum ſeptemue menſium [illegible] ſcepta fuit. Praeparatione nimirum ipſaque [illegible] ratione deſcripta dein notatur, quicquid omni [illegible] ad finem vſque morbi in puella iſta obſerua[illegible] fuerit.

p. 189. 4. *Meditationes de acidi nitroſi cum ſpiritu [illegible] coniuncti effectibus in nonnullis morbis.* Auctore [illegible] MAIAVLT. Iſtum nimirum liquorem, qui [illegible] Auctore anodynus nitroſus dicitur, cuiusque prae[illegible] rationem Cl. BAVME docet, in colica flatul[illegible] inque vrinae difficulter excernendae emiſſione [illegible] litanda, experientia confirmatus Noſter laudat.

p. 198. 5. *Deſcriptio, quam de abſceſſu fiſtuloſo in [illegible] externa cum carie a tympano ad apophyſin maſtoi[illegible] vſque, Editori huius diarii* communicauit Cl. [illegible] RATTE.

p. 202. 6. *Deſcriptio complurium tumorum cancroſorum [illegible] naſo et circa eum formatorum, quorum vnus qui[illegible] vncias cum dimidia ponderauit, menſe Octobri* 175[illegible] Cl. CIVADIER *extirpatorum.* Maximus eorum [illegible] radicem et lateralem partem naſi ortus, pyrum [illegible] gnitudine ſuperauit, hisque tumoribus extir[illegible] aegrotans conualuit. Tabula adiecta tumores [illegible] neantur.

p. 207. 7. *Indiculus morbi epidemici, qui anno* 175[illegible] loco, Seclin, *regnauit.* Auctoribus Cl. DEBR[illegible] et DE CYSSAV. Febris nimirum putrida con[illegible] remittens, in aliis inflammatoria, in aliis bilioſa, [illegible] dum inflammatoria et bilioſa ſimul, ſaepe verm[illegible] ſa, interdum catarrhalis et maligna obſeruata [illegible] ita tamen, vt in multis plures, in aliis omnes, [illegible] ſpecies coniunctae eſſent.

p. 221. 8. *Summa obſeruationum, remediorum et libro[illegible]* Deprehenditur hic,

Deſcri-

Descriptio infantis trium fere annorum, viribus extraordinariis, notisque virilitatis externis praediti. Auctore Cl. NICOLAIS DE SAVLSAY. Mense vigesimo primo post ortum elapso infans iste subito incrementum coepit, ita vt penis et testiculi magnitudinem, homini triginta annorum propriam, haberent. Caput praeterea magnum, pectus amplum, vox fortis et plena fuit. Longitudo infantis pollices triginta septem aequauit, ipseque facili negotio pondus triginta, sex librarum eleuauit. Animi vero vires eaedem fuerunt, quae in aliis infantibus eiusdem aetatis obseruantur.

De vsu mercurii camphorati relatio. Auctore Cl. p. 224.
VILLOLOY. Magnam nimirum quantitatem mercurii cum camphora coniuncti absque saliuatione morta vsurpatam esse perhibet. Sequitur Index *librorum nouorum.* p. 225.

Conditiones iis propositae, qui omnibus voluminibus Collectionis Academicae a fundatione Academiarum Europa incipientis ad annum vsque 1750 *inclusiue descripserunt.* p. 227.

9. *Obseruationes meteorologicae mense Iulio,* 1757 p. 229.
annotatae.

10. *Morbi eodem mense Parisiis regnantes* fuerunt p. 233.
eris ardens et miliaris in puerperis.

11. *Breuis descriptio climatis vrbis Insulae in Flan-* p. 234.
dria. Auctore Cl. BOVCHER.

12. *Summa obseruationum meteorologicarum mense* p. 236.
Iunio 1757 *ibidem annotatarum.*

13. *Morbi, qui eodem mense ibidem regnarunt.* p. 238.
Februario, mense praecedenti obseruatis hocque sensim euanescentibus successerunt eruptiones inflammatoriae in cute partim exigua febre partim absque ea stipatae. Praeter has in nonnullis capitis et infimi ventris fluxiones catarrhosae, inque infima plebe fluxus alui verminosus febrisque putrida obser-vata sunt.

In *menſe Octobri* 1757 deprehenditur,

1. *Deſcriptio anginae malignae et gangraenoſae, quae in Anglia ab anno* 1751 *ad annum* 1753 *vſque regnauit.* Auctore Cl. HVXHAM. Hic morbus ſ… verſimode in ingreſſu fuit. In aliis enim cum hor… ripilatione, gula non adeo male affecta, plenitudo … et tenſione dolorifica colli incepit. In aliis hor… ripilatio et calor ſe inuicem exceperunt, infimul… in his exiguus capitis dolor, vertigo et ſtupor. … aliis tandem febris valide ingruens, cephalalgia … ſignis, dorſi membrorumque dolor, oppreſ… pectoris circa cor continuaque ſuſpiria obſer… ſunt. In pluribus tamen horripilatio et calor, pu… dus et dolor capitis, gula dolens, raucitas, … parua, vomituritiones et deſidendi deſiderium, … omnibus autem, morbo incipiente, ingens proſtr… tio, incrementum ſubitum atque ingens pectoris oppreſſio et debilitas adfuerunt. Pulſum praeter… paruum, celerem, vrinam vt plurimum pallid… crudam, oculos rubentes lacrymantes deprehen… runt. Symptomata ſub nocte grauiora ſecundo … tertio die notabiliter increuerunt, e quibus re… rationem admodum difficilem et ſtertoroſam or… halitum foetidiſſimum tanquam praecipua notan… Angina haec in multis vere vlceroſa et gangraen… interdum eruptionibus cutaneis, partim ante angi… euolutionem, partim poſt eam, apparentibus ſig… fuit. Eruptio lenis mox in initio atque ſubſequ… cuticulae deſquamatio bona, maculae vero … ſubito diſparentes mala praenunciarunt. Ter… quartoue die pulſus lentus, fortis, aequalis, ecch… rae cum facilitate ſeparandae, gula pura et pulch… rubens, reſpiratio libera oculique vigentes bo… dederunt ſigna. Horripilationes contra, macul… diſparentes vel liuidae, pulſus paruus et celer, cut… calida et ſicca, reſpiratio difficilis, oculi moribund… vrina pallida, phreneſis vel comatoſa affectio cum … ſudor…

sudore faciei frigido et viscido mortem propinquam indicarunt.

2. *Observatio de specie anthracis ad angulum oculi internum orti.* Auctore Cl. MAISTRE. p. 254.

3. *Observatio de verme ex dente infantis extracto cum Editore huius diarii* communicata a Cl. Auctore DVFOVR. Longitudo huius vermis quatuor linearum, peripheria vero vltra duas fuit. p. 256.

4. *Meditationes de vsu diaphoreticorum in inflammatoriis morbis pectoris.* Auctore Cl. VARNIER. In eo nimirum casu, vbi pleuritis aliique pectoris morbi inflammatorii ad finem properant, vbi remedia ordinaria frustra exhibentur, febris exigua est atque aegrotans natura debilis insigni insuper debilitate in ipso morbo laborat, diaphoretica per sudores materiam in pectore collectam euacuare et optime conuenire Noster experientia confirmatus asserit. p. 261.

5. *Observationes de conseruis liquidis.* Auctore Cl. BAVME. Cum conseruae vulgari modo paratae ob fermentationem, quam omnes fere suscipiunt, in mixtione mutentur aliasque, a naturalibus diuersas, vires obtineant, Noster ideo, ad conseruandas virtutes plantarum naturales, plantas exsiccari, in puluerem redigi cumque saccharo, in puluerem redacto, misceri et ad vsum recondi iubet. Quod si nunc his vtendum sit, plantas cum saccharo ita seruatas cum aliqua aquae destillatae eiusdem plantae portione miscendas inque vsum ducendas esse, suadet. p. 266.

6. *De monstro Cyclopis.* Auctore Cl. DE LA RVE. Hic notamus puellam horis aliquot post partum elapsis periisse et organo olfactus plane destitutam vnum tantum oculum, duplici bulbo quatuorue palpebris instructum habuisse. p. 278.

7. *Observatio de vulnere, infimum ventrem penetrante, et symptomatibus extraordinariis stipato.* Auctore p. 282.

ctore Cl. MOVBLET. Miles inſtrumento acuto, *Bayonette* dicto, vulnus accipit pauloque poſt animi deliquiis, conuulſionibus, ſingultu, vomitu aliisque, multis cruciatur. Symptomatibus ingraveſcentibus, abdomine intumeſcente remediisque fruſtra adhibitis periit. Cadauere aperto alterum peritonaei laminam laeſam arteriamque hypogaſtricam diſciſſam repererunt, et ſanguine intra peritonaei duplicaturam collecto abdomen diſtentum, omnia viſcera infimi ventris male hinc affecta et varia illa ſymptomata eo deducenda eſſe iudicarunt.

p. 295. 8. *Obſeruationes de morbo epidemico anno 1759. Tolone, Toulon, regnante.* Auctore Cl. LA BERTHONIE. Morbus hic ob nonnulla ſymptomata partim febri putridae, partim pleuro - peripneumoniae ſimilis neque tamen ad hanc, neque ad illam pertinens, febris, vt Noſter vocat, humoralis inflammatoria fuit. Incepit iſte morbus cum tuſſi molesta, febre continua nec non frigore et calore ſe inuicem excipientibus, quibuscum pectoris oppreſſio et lateris dolor cum ſputo ſanguinolento iuncta, ſuit. Cauſam huius morbi in tempeſtatum varietate poſſer quaeſiuit. Hyemem enim ad Ianuarium vsque pluuioſam excepit ſiccus aer atque ſerenus ad Aprilem vsque durans, poſtea autem vltra duos menſes mox calor mox frigus ſe exceperunt infimo boreas, interdum vehemens, ſpirauit. Venaeſectio in principio morbi adminiſtrata poſtmodum vomitoria inſignem attulerunt opem.

p. 307. 9. Summa obſeruationum, remediorum et librorum. Deprehenditur hic,

Obſeruatio de bonis aquae picis liquidae effectibus in vlceribus et fiſtulis. Auctoribus Cl. LEBEAV. *fratribus.* Pici ex Norwegia allatae, ex inſciſſa abiecta collectae, reliquis antepoſitae inque fruſta diſſectae, aqua ſuperfunditur, per viginti quatuor horas relinquitur et in vſum poſthac ducitur. Sequitur

Index

Index *librorum nouorum.*

10. *Obſeruationes meteorologicae menſe Auguſto* 1757 annotatae. p. 312.

11. *Morbi, eodem menſe Pariſiis regnantes*, fuerunt cholera et febres putridae, verminoſae, interdum eruptione miliari ſtipatae. p. 316.

12. *Obſeruationes meteorologicae, In ſulae, menſe Iunio* annotate. Auctore Cl. BOVCHER. p. 317.

13. *Morbi epidemici ibidem, eodem menſe*, obſervati, fuerunt morbilli, variolae redeuntes, colica et ſanguinis exſpuitio cum febre. p. 319.

In *menſe Nouembri* 1757 occurrit,

1. *Continuatio deſcriptionis Anginae* gangraenoſae. Auctore Cl. HVXHAM. p. 321.

Sequitur nunc morbis, ſupra deſcriptis, medendi methodus. In initio morbi ſtatim clyſmata adhibuit Noſter, ſique euacuatione aluina opus, rhabarbarum toſtum cum infuſo ſcordii aut decocto albo exhibuit. Si diarrhoea notabilis, decocto FRACASTORII FVLLERI vſus eſt. In nauſea et vomitu emetica leniſſima propinavit. Poſtea potum ex ſale abſinthii aut ſale volatili cornu cerui et ſucco limonum vna cum puluere contrayeruae, myrrhae et croco in parua doſi dedit. In febre paulo intenſiori bolum ex dictis remediis paratum cumque nitro iunctum inſimulque camphorae granum vnum aut alterum cum ſucceſſu exhibuit. Secundo aut tertio die elapſo tincturam corticis peruuiani, in parua doſi exhibitam; magis profuiſſe quam corticem in ſubſtantia Noſter expertus eſt. Ad excitandum ſudorem lenem, quem ſalutarem deprehendit, diaphoretica leniora vſurpauit, et vbi ſudores foetidi fuerunt, ibi elixir vitrioli cum tinctura corticis peruuiani dedit. Pro gargariſatione decocto ex ficubus, roſis rubris; myrrha et melle cum potu, Cidre, dicto cumque mucilagine ſeminum cydoniorum, ſyrupo mororum

et tinctura myrrhae aut ſpiritu vitrioli compoſito vſus eſt. Infuſi ex floribus roſarum rubrarum et chamomillae, myrrha, camphora et aceto parati vaporem hauriri iuſſit. Intumeſcentiae colli et glandularum parotidum cataplaſma acre et epiſpaſticum vel interdum veſicatorium pone aures, inque obſtructione alui et ſuppreſſione vrinae fomenta emollientia nec non clyſmata ex lacte, ſale et ſaccharo parata applicuit. Tenſio et conſtipatio ventris ad ſextum vſque morbi diem ſaepe durans purgantes ex rhabarbaro, manna et lenitiuo exhibito, ceſſauit. Sub finem tandem morbi purgantia leniora, inprimis ex mercurio dulci parata, optime profuerunt et glandulas obſtructas reſerarunt inſimulque vermes, in hoc morbo obſeruatos, expulerunt.

p. 330. 2. *Obſeruatio de noxiis effectibus fructuum ſtramonii interne ſumtorum.* Auctore Cl. DVGVIN. Haec poma fructus ſunt plantae, quae ſtramonium fructu ſpinoſo rotundo ſemine nigricante TOVRNEF. dicitur. Iſta, poma, a quodam prae fructibus bardanae, ad calculum pellendum laudatis, colleta in aqua decoxit, haneque bibit. Paulo poſt vertigo, ſenſuum perturbatio, membrorum paralyſis et deliria acceſſerunt, quibus cunctis, totum diem durantibus et verſus veſperam ceſſantibus, ſponte ad ſe rediit aegrotans et conualuit.

p. 333. 3. *Epitome relationis de effectu ſingulari tinturae florum papaueris rubri in inteſtinis hominis cuiusdam ſubito mortui obſeruato; vna cum meditationibus de cauſa huius morbi; cuncta experientia et diſquiſitionibus anatomicis, ad rem pertinentibus, probata.* Auctore Cl. NAVIER. Homo quidam poſt aſſumtum lene purgans, horis aliquot elapſis, ſubito moritur. Corpore diſquiſito in inteſtinis hinc inde maculas rubras liueſcentes reperiunt. Has gangraenoſas non fuiſſe, ſed a ſyrupo papaueris rubri prouenſſe, Cl. Auctor, experimenta hunc in finem inſtituens, perhi-

perhibet, mortis autem cauſam in materie ab vlceribus pedum manantibus, quibus aegrotans diu ante laborauerat, proueniente et caput petente quaerit.

4. *Refutatio litterarum, quibus Viri* Cll. ELLER et FORMEY *vaſorum cupreorum tutum in culinis et pharmaciis vſum probant.* Auctore Cl. AMI. Primum argumentum ex ſacris litteris Cl. FORMEY deſumit, quippe in quibus vaſa cuprea ad decoquenda alimenta adhibita eſſe, autumat. Ad hoc reſpondet Noſter, vaſa ibi vſitata argentea vel aurea vel terrea vel demum, ſi etiam cuprea adhibita fuerint, quavis vice ea lota et depurata fuiſſe. Alterum argumentum Cl. FORMEY eſt: medicos nunquam aliquid nociui ope artis chemicae in cupro reperiiſſe, potius remedia ex eo paraſſe. Ad hoc Noſter reſpondens, venenum ope chemiae in remedium quoque conuerti poſſe, ait. Saporem porro rerumque in cupreo vaſe decoctarum colorem nunquam alterari, Cl. FORMEY, aſſerit. Noſter hic ad experientiam prouocat et candelabrum v. g. cupreum, in manu per aliquot tempus detentum, huic malum odorem et ſaporem communicare dicit. Cuprum poſtea nec a ſaliua nec ab vllo alio corporis noſtri liquore ſolui poſſe, Cl. FORMEY, autumat. Experientia iterum Noſter edoctus, puluerem cupri tenuiſſimum, inter tractandum in officina opificum volitantem hos phthyſicos reddere et ad alios morbos chronicos diſponere, imo a ſudore cuprum ſolui, acus in induſiis virides factas oſtendere, contendit. Tandem ad perfecta metalla cuprum referens Cl. FORMEY iſtud hanc ob rem non niſi ab acidis ſolutum inque cryſtallos ſalinas reductam cum liquoribus corporis tum demum miſceri, putat. p. 340.

Experimenta, quae Cl. ELLER inſtituit, oſtendunt, aquam cum ſale communi, aut acetum vel vinum

vinum album in cupreo vaſe decocta aliquas huius metalli partes ſoluere, cum carne autem decocta non in cuprum vltra ſed in hanc agere aſſerit. Prima ſententiae Cl. FORMEY, cuprum non niſi in acidis mineralibus ſolui aſſerentis, contrariari, poſterius autem experimentum veritati vix conſentaneum eſſe, ſed carnes, cum aceto in cupreo vaſe decoctas, ſaporem ſaepe ingratum contrahere, Noſter arbitratur.

p. 354. 5. *Analyſis aquae putei ſcholae regiae militaris.* Auctore Cl. MARTIN. Experimenta cum hac aqua ſuſcepta, in duabus libris grana vndecim et $\frac{1}{3}$ terrae ſeleniticae, grana quatuor et $\frac{4}{5}$ nitri, grana tria ſalis marini atque ſeptem grana et $\frac{7}{10}$ terrae non ſolubilis contineri, oſtendunt.

p. 359. 6. *Obſeruatio ſingularis de pulmone.* Auctore Cl. DEIDIER. In cadauere nimirum pulmo ingentis magnitudinis, pure plenus et parum ſubſtantiae naturalis poſſidens repertus fuit.

p. 360. 7. *Obſeruatio de infante cum inteſtino recto, membrana penitus clauſo, nato.* Auctore Cl. BONAFOS *filio.* Haec membrana exterius non conſpicienda digito in anum immiſſo deprehenſa fuit. Operatione cultello ſuſcepta infans hora elapſa periit.

p. 364. 8. *Obſeruatio de tumore brachii notabili cum inflammatione et gangraena.* Auctore Cl. KRAVSE.

p. 370. 9. *Obſeruatio de fractura cranii, quam ſingulares circumſtantiae ſecutae ſunt.* Auctore Cl. SALEONE.

p. 372. 10. *Deſcriptio febris putridae verminoſae epidemicae, Hamerti in Picardia menſe Iulio, Auguſto et Septembri 1756 obſeruatae.* Auctore Cl. DE BERGE. Febris haec ſub initium exigua, paulo poſt fortior cum inſigni capitis dolore, appetitu proſtrato, nauſea et vomitu inuaſit. Die quinto interdum diarrhoea ſuperuenit. Pulſus in aliis fortior in aliis debilior linguaque viſcida et alba fuit, ſanguis autem reſolutus apparuit. Omnes aegri vermes tam per aluum

aluum, quam per vomitum eiecerunt. Vrina naturali fere similis post quinque aut sex horas asservata odorem fortem alcalinum de se sparsit. Infantes et iuuenes difficilius decubuerunt, pauci tamen obierunt. Emetica antimonialia primis diebus exhibita, postea potus acidi et nitrosi, serum lactis aceto paratum, aqua citri, tamarindi et clysmata medicinam primariam dederunt.

11. *Summa obseruationum, remediorum et librorum.* p. 379. Occurrit hic,

Descriptio morbi singularis glandularum endemici Coloneſi. Auctore Cl. ROCHARD. Hic morbus cum tumore oedematoso vel lymphatico glandularum colli, maxillarium, parotidum, cutanearum aliarumque adiacentium incipit et vt plurimum ad maxillae angulum primo loco se manifestat. Tumor mollis, indolens et magnus absque febre sed cum nausea et prostratione oritur. Diebus dein aliquot elapsis facta metastasi, tumor ad scrotum descendit et testiculos aggreditur, ita tamen, vt testiculus lateris maxillae affectae intumescat, vel maxilla vtrinque affecta, vterque etiam testiculus tumidus fiat. Hoc mali genus, omni fere tempore, hyeme tamen et autumno inprimis regnans, milites gregarios, praesertim excubias agentes, infestat, alios intactos relinquit. Causam huius morbi in continua laci istius humiditate quaerendam esse, Noster autumans, vomitoriis, topicis resoluentibus, ptisanis nitrosis et diaphoreticis lenioribus vsurpatis metastasin ad testiculos impediuit.

Obseruatio de foemina per os menstruata, cuius cadauere aperto in vesicula fellea 207 lapides reperti fuerunt. p. 384. Auctore Cl. HENRY. Foemina nunquam menstruum fluxum experta stato fere tempore sanguinem spumosum per plures annos euomuit, et hydropica demum periit. Cadauere aperto lienem magnum, glandulas mesenterii obstru-

obſtructas, hepatis ſubſtantiam ad minimum attactum diffluentem inque eius veſicula memoratos calculos repererunt.

p. 388. *Remedium contra arthritidem et rheumatiſmos.* Hoc ex radicibus ariſtolochiae rotundae et gentianae nec non foliis chamaedrios et centaurii ſiccatis et pulueriſatis paratum perque duos annos vſurpatum dictis morbis mederi dicitur.

p. 389. *Remedium contra aſthma* ex foliis ſennae floribus ſulphuris, zingibere et croco pulueriſatis cumque melle mixtis paratur.

Remedium contra febrem intermittentem, ex pulnere corticis peruuiani et cochenillae ſuperfuſa aqua vitae paratur.

Index *librorum nouorum.*

p. 391. 12. *Obſeruationes meteorologicae menſe Septembri 1757 annotatae.*

p. 394. 13. *Morbi, eodem menſe Pariſiis regnantes*, fuerunt febres putridae, dyſenteriae, interdum cholerae, variolae et ſingularis indolis febris, qua laborantes certis interuallis ridendo delirarunt.

p. 396. 14. *Obſeruationes meteorologicae Inſulae menſe Auguſto annotatae* a Cl. BOVCHER.

p. 397. 15. *Morbi, ibidem eodem menſe regnantes*, fuerunt in aliis putridae in aliis inflammatoriae, dein colicae bilioſae fluxusque alui copioſiores. Praeterea morbillos et febres ſcarlatinas, praecedenti menſe regnantes, etiamnum obſeruarunt.

In *menſe Decembri* 1757 deprehenditur.

p. 401. 1. *Deſcriptio morborum frequentiorum, quibus incolae inſulae Bourbon obnoxii ſunt.* Auctore Cl. CORZIER. Dyſenteriae nimirum, pleuritides et inprimis ſpaſmi vel leuiſſimis vulneribus ſuperuenientes, ita, vt niſi promte ſuccurratur, totum corpus convellatur et aegrotans ſuccumbat, ibi obſeruantur. In vniuerſum morbi neruoſi, vt epilepſiae, malum hypo-

hypochondriacum et hyſtericum incolas frequentius inuadunt et raro medelam admittunt. Praeter hos morbos in foeminis atque iis tantum, quae pepererunt, fluor albus, in aliis tam maſculis quam foeminis aſthma, phthyſis, typum morbi acuti ſeruans, inque viris ſolis hepatis obſtructio in omnibus autem ſexus vtriusque foediſſima lepra, vix vnquam curanda ſaepe conſpiciuntur.

2. *Obſeruatio quam de effectibus pernicioſis pomorum Mancanillae et virtute ſalutari foliorum Ricinoidis (Medicinier)* Cl. SENAC communicauit cum Cl. PEYSSONEL. Dictis nimirum pomis a quodam deglutitis venter inſigniter intumuit, calor in inteſtinis ardens, corporis vniuerſi tumor, ſudores frigidi, debilitates et continua deliquia acceſſerunt. His deprehenſis folia arboris, quae Ricinoides americana arbor, folio multifido TOVRNEF. dicitur, cum aqua tepida infuſa et vſurpata ſunt. Decocto hoc aſſumto vomitus et diarrhoea acceſſerunt atque aeger vita ſeruatus eſt. p. 411.

3. *Obſeruationem de hydrophobia per reſpirationem communicatam Editori huius diarii* exhibuit Cl. RAZOVX. Canis nimirum rabidus hominem inuaſit, ita tamen vt hic ne minimo quidem morſu laederetur, ſpiritum tantum ex ore animalis rabidi pulmone adduceret. Hydrophobus inde poſt aliquot tempus factus periit. p. 413.

4. *Examen aquarum mineralium Verberianarum.* Auctore Cl. MACHY. Experimenta, cum his aquis ſuſcepta, oſtendunt, eas admodum leues eſſe et valde paruam portionem ferri exiguamque terrae calcariae, conchis calcinatis ſimilis, continere. In morbis renum febribusque inueteratis laudantur. p. 422.

5. *Varietates anatomicae a* Cl. MOREL. obſervatae. In variis nimirum cadaueribus nonnullas varietates in oſſibus et arteriis animaduertit. p. 432.

6. *Lit-*

p. 442. 6. *Litterae, quas de curatione cancri mammarum* ad Cl. FREKE dedit Cl. NORFORD. Variis antea liis imo ipſa extirpatione fruſtra vſurpatis vnguentum tandem ex cataputia paratum adhibuit et aegram a malo hoc feliciter liberauit. Vnguentum ita paratur: Succus cataputiae expreſſus in vaſe plumbeo ſoli exponitur, vſque dum conſiſtentiam vnguenti acquiſiuerit. Succus ita condenſatus cum mercurii dulcis praecipitati et plumbi nigri ana ſcrupulo vno miſcetur et ad vſum reconditur. Mercurius dulcis praecipitatus obtinetur, ſi vncia ſemis mercurii dulcis cum libra vna aquae calcis viuae miſcetur et per duos dies in quiete ſeruatur. Quo facto mercurius in puluerem nigrum praecipitatur, qui ope filtri ab aqua ſeparatus ſiccatur.

p. 446. 7. *Obſeruatio de acu per vmbilicum egreſſa.* Auctore Cl. SALGVES.

p. 448. 8. *Obſeruatio de vlcere ſinuoſo dorſi, quod pulmonem penetrauit.* Auctore Cl. VERMONT.

p. 452. 9. *Deſcriptio epidemiae, quae ante aliquot annos Wratislauiae regnauit.* Auctore Cl. DE HAHN.*

p. 463. 10. *Summa obſeruationum remediorum et librorum.* Occurrit hic,

Obſeruatio de effectibus corticis peruuiani in gangraena.

p. 465. Index *librorum nouorum.*

p. 466. 11. *Obſeruationes meteorologicae menſe Octobri* 1757. annotatae.

p. 469. 12. *Morbi, eodem menſe Pariſiis regnantes,* fuerunt dyſenteriae et cholerae, praecedenti menſe obſeruatae, hoc autem ſenſim euaneſcentes. Febres vero putridae ingraueſcentes nec non variolae frequentiores, hinc inde confluentes, apparuerunt.

p. 470. 13. *Obſeruationes meteorologicae, Inſulae, menſe Septembri* annotatae a Cl. BOVCHER.

14. *Morbi,*

* vid. Commentar. noſtr. Vol. IV. P. IV. p. 693.

14. *Morbi, qui ibidem eodem menſe regnarunt.* p. 13.
Febris remittens, praecedenti menſe annotata, hoc lenior fuit, et praeter hanc, alia pectoris inflammatoria pleuro peripneumoniae ſimilis, febres intermittentes et variolae obſeruatae ſunt.

Tranſeamus ad Tomum octauum. Cum vero hunc ita mutatum deprehendamus, vt plura hinc inde occurrant, quae, vel a nobis alio tempore recenſita ſint, vel ſcopo noſtro vix ſatisfaciant, nos proinde in recenſendis iis, quae ibi continentur, breuiores eſſe cogimur.

In menſe *Ianuario* 1758 continetur

4. *Obſeruatio de morbo ſingulari* Auctore Cl. PETIT. Tubercula nimirum notabilis magnitudinis in toto corpore, inprimis in facie et circa genitalia foeminae cuiusdam eruperunt, quae decocto ex radicibus demulcentibus et lacte pro victu quotidiano diu vſurpato et vnguento mercuriali cum camphora externe inuncto absque ſaliuatione ceſſarunt. p. 38.

5. *Obſeruatio, cum* Cl. VANDERMONDE, *Editore huius diarii, de conuulſionibus periodicis, cortice peruuiano curatis, communicata a* Cl. BORNAINVILLE. Miles poſt aſſumtum vomitorium inſignibus conuulſionibus cruciatur, quae remanentes omnique die vehementer recurrentes electuario FVLLERI, ex cortice peruuiano, ſerpentaria virginiana et ſyrupo poeoniae parato largiusque vſurpato tandem ceſſarunt. p. 43.

6. *Obſeruatio de variolis, quae infantem quendam, nullo temporis ſpatio interiecto, bis inuaſerunt* Auctore Cl. MACQVART. Variolis nimirum, quibus infans laborauit, vix deſquamatis cuncta denuo ſymptomata, in varioloſo morbo obſeruanda, ſucceſſerunt, pauloque poſt altera vice variolae eru- p. 49.

perunt, quibus curſum ſuum ſolito more celeri abſoluentibus infans demum liberatus perfecte conualuit.

p. 51. 7. *Hiſtoria inoculationis Pariſiis ſuſceptae* a Cl. HOSTY. Ad excitandas nimirum variolas pus varioloſum foeminae nouemdecim annorum vtique brachio inſerentes, decem diebus elapſis variolisque non erumpentibus, altera vice ſed pari euentu operationem inſtituerunt. Mirantes ea propter demum compererunt, foeminam hanc ſexto ob aetatis ſuae anno variolis naturalibus laboraſſe, indemiaſma varioloſum ſemel in corpore euolutum non amplius generari poſſe, concludunt.

p. 59. 8. *Hiſtoria puellae 14. annorum, quae nullum ani et partium genitalium veſtigium habuit.* Auctore Cl. BAVX. Notatu ſane dignum hic eſt, puellam omni biduo aut triduo, dolore prius circa vmbilicum orto nauſeaque praegreſſa, veram materiem faeculentam euomuiſſe, per mammas autem ſaepius de die aquam limpidam exiiſſe.

p. 62. 9. *Hiſtoria grauiditatis extraordinariae mortiferae.* Septem nimirum annos foemina grauida fuit tandem periit. Corpore eius aperto ſceleton foetus in tuba fallopiana repererunt.

p. 64. 10. *Deſcriptio luxationis femoris completae* Auctore Cl. MACKENZIE. Deſcribitur hic operatio, qua femur diſlocatum in priſtinum locum repoſuerunt.

p. 68. 11. *Obſeruatio de ſuperfoetatione* Auctore Cl. GAVDET. Foemina, quae iam 18 infantes ediderat, nunc vna vice peperit infantes, quorum alterum ſex, alterum duos menſes iudicarunt.

p. 79. 14. *Remedium nouum: Elixir pro dentibus* Auctore Cl. DELAITRE. Hoc ex radice pyrethri, ſuperfuſa aqua vitae lauendulae additoque ſale ammoniaco paratur. Laudatur iſtud, vbi in corpore phlegmatico humores, ad gingiuas delati, acres

sunt et partes neruosas ibi irritando dolores excitant.

16. *Morbi, qui mense Nouembri* 1757 *Parisiis regnarunt* Auctore Cl. VANDERMONDE. Praeter variolas, in dicta vrbe copiosius obseruatas, singularis morbus in monasterio quodam grassatus est. Aegrotantes nimirum dolore capitis obtuso, delirio obscuro, anxietatibus et insigni virium prostratione laborarunt. Pulsus praeterea paruus, frigus plus, minus diu durans, foetor oris foetidaeque deiectiones adfuerunt. p. 84.

18. *Morbi, mense Octobri Insulae regnantes*, fuerunt variolae, vt plurimum confluentes, febres continuae remittentes, peripneumoniae, anginae et febres intermittentes. p. 91.

20. *Morbi mense Octobri Trecis regnantes* fuerunt febres continuae et capitis rheuma. p. 93.

In *mense Februario* 1757 notantur

5. *Haemorrhagiae ab hirudinibus excitatae.* Auctore Cl. PASSERAT DE LA CHAPELLE. Quatuor nimirum milites, tussi vexati, sanguinem reiecerunt. Re accuratius examinata in cuiuslibet cauitate faucium hirudo reperta fuit, qua in binis extracta haemorrhagia cessauit. p. 127.

7. *Obseruatio anatomica de nouo osse triquetro cranii* Auctore Cl. A. PETIT. Hoc os, quod Cl. Auctor *la Clef* appellat, quadrangulare est et posterius cum portione squamosa ossis temporalis, anterius vero cum parte inferiori ossis frontalis connectitur. p. 136.

9. *Obseruatio de vermibus ex aure hominis, ob insignes dolores, in hac parte perceptos, delirantis extractis* Auctore Cl. LEAVTAVD. Quinque nimirum vermes, quorum singulus vndecim lineas longus, sex crassus fuit, extraxit. Quo facto homo iste resipuit. p. 145.

p. 162. 11. *Indiculus morbi epidemici, qui in monaſterio quodam Pariſienſi regnauit* Auctore Cl. VANDERMONDE. Exhibetur hic foeminarum quarundam morbo, ſupra pag. 84 commemorato, laborantium hiſtoria.

p. 188. 15. *Morbi, qui menſe Decembri* 1757 *regnarunt* Auctore Cl. VANDERMONDE. Variolae, praecedenti menſe obſeruatae, etiamnum regnarunt. Praeter has, febres putridas aliasque continuas, rheumatiſmos, arthritides, febres catharrhales frequentius obſeruarunt.

p. 190. 17. *Morbi epidemici, qui menſe Nouembri Inſulae regnarunt*, fuerunt conuulſiones epilepticae, quibus multi ſuccubuerunt, febres praeterea continuae remittentes, peripneumonia, fluxiones pectoris et variolae.

In *menſe Martio* 1758 continetur,

p. 222. 4. *Obſeruatio de morbo nigro* Auctore Cl. BONTE. In quatuor nimirum hominibus, quorum tres ſuccubuerunt, vnus autem ſeruatus fuit, morbum hunc obſeruauit et, praeter alia, faeces alui nigras foetidiſſimasque vidit. Iuuamen in hoc morbo ab acidis fuit.

p. 241. 5. *Obſeruatio de puella chorea S. Viti affecta* Auctore Cl. RVAMPS. Sedem huius morbi primariam in primis viis Cl. Auctor quaerit et exemplo hoc confirmare putat. Euacuantia enim aluum magnam opem tuliſſe perhibet.

p. 268. 11. *Obſeruatio de homine, qui ſe ipſe caſtrauit absque vllo ſymptomate moleſto ſuperueniente* Auctore Cl. MAISTRAL. Monachus, orgaſmo venereo ſaepe cruciatus, eo ſe liberare ſtudet, quare in ea ſcindendis animalium teſticulis ſaepe ſe exercuerat, ſatque exercitus ſibi ipſe nouacula ſcrotum aperit et teſticulos vtrinque exſcindit. Sanguine copioſius profluente metuens iſte, ne obiret, anxius ad col-

legam,

legam, iuxta habitantem, accedit et auxilium implorat. Chirurgis accerſitis vulnereque rite tractato euaſit.

12. *Obſeruatio de ventriculo, per cancroſum vlcus penitus fere deſtructo* Auctore Cl. HENRY. Corpore foeminae, diu aegrotantis tandem mortuae, aperto nihil niſi fundus ventriculi cum pyloro ſuperfuit, et, quod notatu dignum, alimenta deglutita in fundum quidem, non autem in abdominis cauitatem delapſa per pylorum in inteſtina tranſierunt. p. 272.

16. *Morbi, menſe Ianuario Pariſiis* 1758 *regnanter*, fuerunt variolae, praecedenti menſe iam notatae, dein febres putridae, porro ophthalmiae pertinaces, quibus purgationes obfuerunt, tandem fluxiones catarrhoſae, varias partes infeſtantes. p. 284.

18. *Morbi, menſe Decembri Inſulae regnantes*, fuerunt variolae, affectus catarrhales, peripneumoniae verae et febres continuae remittentes ſeu tertianae duplicatae, in nonnullis ceu febres catarrhales et putridae malignae apparentes. p. 287.

In *menſe Aprili* 1758 reperitur.

4. *Obſeruatio de hydrophobia, per aerem communicata* Auctore Cl. LEBEAV. Accidit nimirum, vt quidam eo momento, dum canis rabidi occiſi venter, per putrefactionem tumefactus, rumpebatur, adſtaret peſſimamque mephitim hauriens poſt aliquot dies hydrophobus factus miſere periret. p. 316.

6. *De hydrope vomitu curato* Auctore Cl. PINOT. Vomitu, ſponte oborto, hydropicus omnem aquam in abdomine totoque corpore contentam euomuit et ſenſim ſenſimque demum conualuit. Tribus annis elapſis, per quos ſanus vixit, ſubito et citra manifeſtam cauſam periit. p. 318.

7. *Febris gangraenoſa, cortice peruuiano curata* Auctore Cl. VARNIER. Febre praegreſſa partes p. 323.

viri cuiusdam genitales inflammantur [illegible] gangraenoſae euadunt. Decocto corticis [illegible] interne et externe diu et copioſe vſurpato, [illegible] tes mortuae ſeparantur, aegerque ſeruatur.

P. 338. 9. *Litterae, quas de morbillis ad Editorem [illegible] diarii dedit* Cl. GONTARD. Euacuationem [illegible] in morbillis ſalutarem iudicans Cl. Auctor [illegible] hanc viam humorem peccantem optime et [illegible] educi, perſuaſus purgantia et vomitoria propinat [illegible] inſimulque vaſorum minimorum, inflammatione [illegible] ſtructorum rationem habuit, hacque methodo [illegible] ſeruata plures aegrotantes feliciter reſtituit.

P. 347. 10. *Faſcia proportionata ſeu bracherium inuentum a* Cl. HOVSTET. Faſcia haec ad hernias inguinales et ventrales tantum ſuſtinendas apta hic describitur et figuris illuſtratur.

P. 357. 14. *Hiſtoria morborum epidemicorum et febrium malignarum peſtilentialium, quae anno* 1755 *in Provincia inferiori regnarunt* Auctore Cl. DARIUS. Hos morbos inſignis calor, totam aeſtatem durans, inſolitusque tepor menſe Octobri et Nouembri [illegible] non tempeſtas valde pluuioſa, totum fere December durans, praeceſſit, poſthac inſigne frigus menſe Ianuario et Februario anni ſubſequentis, tanque menſe Martio et Aprili pluuioſa iterum tempeſtas obſeruata fuit. Singularem hanc aeris conſtitutionem excepit febris, cuius indolem maligna et peſtilentialem virium proſtratio, pulſus parui, ſudores putridi, maculae petechiales et lividae, parotidum ſuppuratio, abſceſſus purulenti et [illegible] graenoſi, deliria idque genus alia, in plurimis obſeruata, ſatis ſuperque demonſtrarunt. Tinctura corticis peruuiani, ſales alcalini volatiles et ſudorifera interdum, ſed non ſemper medelam dederunt. Conuulſiones, aphonia, tendinum rigiditas, mortem annunciantes, abſceſſus in capite formatos, diarrhoeae vero colliquatiuae, tenſio abdominis et

fingultus viſcera infimi ventris ſuppurata denotarunt.

17. *Morbos menſe Februario* 1758 *Pariſiis regnantes annotauit* Cl. VANDERMONDE. Variolae praecedenti menſe obſeruatae hoc ſenſim euanuerunt. Praeterea hinc inde pleuritides veras et peripneumonias ſpurias nec non colicas vomitu et diarrhoea ſtipatas obſeruarunt. p. 378.

19. *Morbi epidemici, menſe Ianuarii* 1758 *Iulae regnantes*, febres tertianae ſimplices et duplicatae, inflammationes infimi ventris, haecque in foeminis magis quam viris conſpicuae, apoplexiae, affectus comatoſi et rheumatiſmi inflammatorii, frequentiores vero coryzae et variolae fuerunt. p. 381.

In *menſe Maio* 1758 notatur.

4. *Deſcriptio febris ictericae Americanae* Auctore Cl. LINING. Haec febris duos aut tres durat dies, absque vlla euacuatione critica terminatur, aegros debiles admodum relinquit, valde contagioſa eſt et eos inprimis, qui ſuperficie corporis albicante gaudent, quique in regionibus frigidis nati Americam intrant. Nigra autem corporis ſuperficie praediti nunquam ea corripiuntur, licet alioquin febribus bilioſis maxime obnoxii ſint. p. 408.

6. *Obſeruatio de recidiua febre malignae, cuius cauſa praematura vlceris dorſalis, ab emplaſtro veſicatorio orti, exſiccatio fuit* Auctore Cl. VETILLARD. Ob languorem nimirum humorum, ſtuporem ſolidorum et affectus ſoporoſos veſicatorium dorſo foeminae, febre maligna decumbentis, applicant, quo facto cuncta in meliorem ſtatum mutantur. Aegra huius rei impatiens medentes efflagitat, vt vlcus ad conſolidationem perducerent. Nolentes iſti, vi tamen coacti, vlcus conſolidant, inde non multo poſt febris grauior redit, ita, vt vix euaderet aegrota, debilis diu relicta. p. 437.

p. 443. 7. *Varietates anatomicae a* Cl. BALLAT *notatae.* Obſeruauit nimirum muſculum, bi[illegible] alias duplici, hunc triplici capite inſtructum; porro ſingularem ſtatum muſculi palmaris, ita vt, vbi alias tendo conſpicitur, huius loco pars carnoſa et, vbi haec alias eſſe ſolet, tendo reperiretur. In alio cadauere arterias ſpermaticas in vtroque latere ab emulgentibus prouenientes; dein duas venas azygos, porro truncum carotidum deficientem, tunc duas arterias brachiales eo ſtatim in loco ortas, vbi radialis arteria nomen mutat et brachialis dicitur; in alio cadauere lienem praegrandem, in tres lobos diuiſum; in alio tandem vnum tantum renem, ſolito maiorem inque medio abdomine corporibus vertebrarum lumbarium incumbentem vidit.

p. 453. 9. *Obſeruatio de hernia epiploocele vna cum eſſ[illegible] ne notabili in infimum ventrem* Auctore Cl. LOVIS *Chirurgo Veroduni* Saccо nimirum herniae [illegible] ceratae aperto nec non inteſtino et omento [illegible] poſtea inſignis puris copia effluxit, cuius originem in muſculis abdominalibus et peritonaeo [illegible] ponit.

p. 461. 11. *Experimenta cum ſale ebſhamenſi inſtituta* Cl. BERTRAND. His probare annititur, ſalem hunc ex acido vitriolico et alcali ſalis marini conſtare, quod vero in nota, a Cl. VANDERMONDE adiecta negatur, quippe qui non alcali, ſed terram quandam pro baſi agnoſcit.

p. 464. 12. *Deſcriptio morborum epidemicorum, qui [illegible] Decembri* 1757 *et Ianuario* 1758 in loco Bitch[illegible] regnarunt. Auctore Cl. LANDEVTTE. Ob transpirationem a frigore inſigni ſuppreſſam hydrops a nonnullis obſeruatus fuit, qui vero ab aliis hydropis ſpeciebus in eo diuerſus fuit, vt non rebellis [illegible] retur.

13. *Li[illegible]*

13. *Litterae, ad Editorem huius diarii a* Cl. HOVSTET datae, ad bracherium iſtud, ſuperius nominatum, ſpectant. p. 471.

16. *Morbos, Pariſiis menſe Martio* 1758 *regnantes*, annotauit Cl. VANDERMONDE. Variolis nimirum et morbillis nec non febribus continuis biliosis decubuerunt aegri. p. 476.

18. *Morbi epidemici menſe Februario* 1758 *Iuliae regnantes*, fuerunt variolae in multis confluentes, pleuro peripneumoniae, fluxiones catarrhoſae et febres continuae nec non remittentes. p. 478.

In *menſe Iunio* 1758 deprehenditur

3. *Obſeruatio de diſpoſitione ad gangraenam, frigore contracta, et ope balnei, ex niue et glacie parati, diſſipata* Auctore Cl. LE NICOLAIS DV SAVLSAY. Pedes nimirum cuiusdam, gelu rigidi, fereque gangraenoſi in aqua gelida cum niue et glacie mixta per aliquot tempus detenti priſtinum ſtatum recuperarunt. p. 507.

4. *Obſeruatio de ſpecie quadam morbi nigri, quem pitis inſignis, duos fere annos durans, praeceſſit et comitata eſt* Auctore Cl. MERLIN. Hic morbus, qui deiectionibus nigris, craſſis, tenacibus foetidiſſimisque cognoſcitur, victu et remediis aceſcentibus inſimulque humores fundentibus curatur. p. 517.

5. *Obſeruatio de fame praeternaturali* Auctore Cl. SONYER DV LAC. Notamus hic, hominem quendam bis in anno tempore aequinoctiali fame inſigni vexatum fuiſſe. p. 529.

6. *Obſeruatio de hydrope pectoris, phaenomenis peculiaribus ſtipato* Auctore Cl. BOVCHER. Hominis viginti annorum, qui iſto morbo periit, corpore aperto thymum duos pollices craſſum et quatuor longum ſcirrhoſum, aortam aſcendentem inde compreſſam, pulmonis lobum dextrum obſtructum et adhaerentem, ſuperius ſcirrhoſum, inferius purulentum, p. 533.

lentum, glandulas bronchiales inflatas et partim ſteatomatoſas, lobum ſiniſtrum pulmonis coerulescentem et flaccidum, vtramque pectoris et pericardii etiam cauitatem, aqua plenam, cor flaccidum eiusque ventriculos et auriculas vacuas reperierunt.

p. 546. 8. *Obſeruatio de amputatione, ſingularibus phaenomenis ſtipata* Auctore Cl. DE VILLIERS. Notandum hic eſt, amputatione brachii, ſphacelo correpti, aegrotantis culpa procraſtinata, ſphacelum quidem ſubſtitiſſe, brachium autem ita mutatum fuiſſe, vt non ſolum innumeri vermes vndique iſtud perreperent, ſed et peſſima mephitis adſtantes et aegrotantem afflaret. Brachio tunc demum amputato poſt aliquot ſeptimanas conualuit.

p. 557. 11. *Litterae, quas de angina gangraenoſa epidemica ad Editorem huius diarii dedit* Cl. BOVCHER. Hic ſaltem notamus, malum iſtud ſaccharo, ſatura in aqua plantaginis ſoluto, ope penicilli glandulis applicato, non ſolum in progreſſu impeditum, ſed et vlcera ſenſim ſenſimque ita imminuta fuiſſe, vt octo diebus elapſis penitus euaneſcerent.

p. 564. 14. *Morbos menſe Aprili* 1758 *Pariſiis regnantes* enumerat Cl. VANDERMONDE. Febres nimirum bilioſas, quibus emetica et diluentia optima medicina fuit; dein peripneumonias et pleuritides inflammatorias; porro apoplexias ſanguineas et affectiones conuulſiuas et comatoſas, tandem ophthalmias pertinaces, non niſi veſicatoriis obedientes obſeruarunt.

p. 567. 16. *Morbi epidemici, menſe Martio* 1758. *Inſulae regnantes* fuerunt eruptiones cutaneae, interdum eryſipelatoſae, dein febres catharrhales, typum febris tertianae duplicatae putridae ſeruantes, porro pleuro peripneumoniae, colicae ſpaſmodicae et inflammatoriae nec non febres intermittentes tertianae ſimplices et duplicatae. Variolae vero hoc menſe mitiores apparuerunt.

VIII.

VIII.

Vſus opii ſalubris et noxius in morborum medela, ſolidis et certis principiis ſuperſtructus, a D. BALTHASARE LVDOVICO TRALLES, Medico Vratisl. atque Academ. Caeſar. Nat. Cur. Adiuncto. Sectio ſecunda. Vratislauiae. Sumptibus Caroli Godofredi Meyeri 1759. 4. Alph. 2.

Cum in prima huius tractatus ſectione, cuius ſummam alio tempore exhibuimus *, ea inprimis, quae ſcitu neceſſaria ſunt et rectam, generoſo iſto remedio vtendi, viam pandunt, pertractentur, altera nunc ſectione Noſter, vt perfectum omnibusque numeris abſolutum de opio habeatur opus, ſingula morborum genera conſiderat inſimulque vtilitates et noxas in quauis morbi ſpecie recenſens verum, eo medicamine vtendi, modum exponit. Triplex itaque hac ſectione morborum genus, tribus capitibus diſtinctum, haemorrhagias nempe, febres dein, et dolores demum commemorat atque oſtendit, quomodo in his eorumque ſpeciebus, vel ſalubris, vel noxius opii vſus haberi debeat. Reliquos morbos tertia pertractabit ſectio, cuius videndi copiam proxime Cl. Auctor dabit.

In compeſcendis haemorrhagiis, ab interna cauſa p. I.
natis, ad opium confugiendum eſſe, ſummi et exercitatiſſimi in arte viri atque ii etiam, qui, vt STAHLIVS, opio caeteroquin adeo infenſi ſunt, praecipiunt atque contendunt. Verum, ante quam illorum ſententiis plenam adhibeamus fidem, videndum primo, quosnam praeſtet opium effectus, quaenam ſint haemor-

* vid. Comment. noſtr. Vol. VII. P. III. p. 411.

haemorrhagiarum cauſae quaeque demum earum habeantur indicationes. Quaeuis haemorrhagia quoad ſolidorum vitia, vel in anaſtomoſi, vel diapedeſi, vel diabroſi conſiſtit, cuius vitii cauſa ſanguis nimius, rarefactus, diſſolutus et acris adducitur. Num igitur haſce cauſas euertere opium poteſt? Multi quidem opio acrimoniam humorum coerci et incraſſari, et ob ſpiritus, ab opio coercitos impetusque pacatos, ſanguinis inde fluxum ceſſare putant. Cum autem ad compeſcendam haemorrhagiam requiratur, vt circulus auctus minuatur, aeſtuans ſanguis ſiſtatur idemque condenſetur, opium vero, vt Cl. Auctor ſatis iam probauit, nec ſanguinem cogat, ſed potius reſoluat, nec plenitudinem minuat et reuellat, nec acrimoniam ſanguinis corrigat, nec ſpiritus in vniuerſum ſiſtat, nec circulum intenſum moderetur, nec demum obſtructiones tollat, facile quiuis perſpiciet, cur opium ad compeſcendas haemorrhagias minus aptum cenſeatur. Dantur tamen caſus, vbi opium haemorrhagiarum ſanationi non obeſt: ſi enim ſpaſmi ſopiendi et irritamentum in parte affecta haerens leniendum eſt, opium ad haemorrhagias vtile omnino aeſtimatur, ſubque his conditionibus ſolis, neque aliter vnquam, iſtud haemorrhagiam tollit.

p. 15. Haec de opio ad compeſcendas haemorrhagias in genere praefatus Noſter, easdem nunc in ſpecie conſiderat et primo quidem in haemorrhagia narium, cum nec ſpaſmus in locis remotis nec irritamentum in loco affecto deprehendatur, opium ideo prorſus non conuenire, aſſerit.

p. 20. In haemoptyſi opium non niſi eo in caſu, vbi tuſſis vrget, exhibendum eſt. Sed ſumma hic cautione opus. Primo enim tentandum eſt, an tuſſis diaeta parca, tenui, blandiſſima ac demulcente, praecipue lactea, gelatinoſis porro quibusuis et lenientibus, emulſionibus idque genus aliis compeſci

peſci poſſit, ſin minus ad opium demum fugiendum eſt, ita tamen, vt, quantum fieri poſſit, minori iſtud exhibeatur copia. Licet autem hocce remedio ſanguis reſoluatur humorumue circulus intendatur ideoque haemoptoes cauſa augeri videatur, hocce tamen in caſu, vbi tuſſis vrgens pulmones fatigat et ſanguinem exprimit, opium, tuſſim ſedando plus proderit, quam noxam inferet, inprimis ſi venaeſectio et nitrum ſimul in vſum vocantur. Pulmonibus enim quietem conciliare optimam haemoptoes medelam eſſe, quis eſt, qui dubitat?

In vomitus cruenti paroxyſmo, cum impetus ſanguinis in arterias ventriculi minui, cauſae rodentes ſanguinisque affluxum allicientes obtundi, eiusdemque in cauum effuſi corruptela praecaueri et excluſio demum maturari debeat, opium, huic ſcopo minus ſatisfaciens, vix tuto exhibetur. Quodſi vero ſummus motuum impetus inſimul vrgeat, opium, remediis demulcentibus neutiquam omiſſis, proficuum tunc demum cenſetur. p. 28.

In mictu cruento, cum iſte vel a plethora, vel a circulatione per febrem et exercitia valida aucta, vel a calculo, vel a diureticis acribus ingeſtis aut et externe applicatis, vel ab acrimonia ſubtili, ſanguini inhaerente, vt varioloſa etc. vel a renum abſceſſu, vel demum violentiis externis e. g. contuſione, cauſis, vaſa vel dilatantibus vel continuitatem eorum ſoluentibus oriatur, opium ea propter conuenire nequit; prodeſt tamen, vbi ob corpora peregrina, in veſica vel vreteribus haerentia, ſpaſmi furunt ſanguinemque magis alliciunt, quo in caſu opium ad componendum irritationis ſenſum, adhibitis inſimul epithematibus clyſmatibusue emollientibus idoneum omnino videtur. p. 32.

Fluxum haemorrhoidum nimium ſi ſpectes, opium ſane minus conuenire iudicabis. Eae enim vel ab accelerato ſanguinis circulo et orgaſmo inducto p. 37.

ducto vel ab impedito regreſſu ſanguinis per venas haemorrhoidales et meſaraicas ac venam portarum propter debilitatem vaſorum et viſcerum vel demum ab infarctu et obſtructione viſcerum ortae opio non ſolum non compeſcuntur, ſed et adeo augentur. Niſi itaque dolor inſignis, nulla alia ratione leniendus, ſanguinis effluxum per recti arterias concitans et ſuſtentans opiata poſtulauerit, ab illis abſtinere alias conſultum ſemper erit.

p. 41. In haemorrhagia vteri, reſpectu ad abortum, molam, nimiaque lochia non habito, de quibus ſeorſim aget Cl. Auctor, in eiusmodi inquam haemorrhagia, quae a plethora commota, orgaſmo, generis neruoſi ſenſibilitate et mobilitate vaſorumque vteri laxa debilitate dependet, opium perperam exhiberi, oſtendit. Quando vero ob ſenſibilitatem et irritabilitatem ſummam dolores et ſpaſmi oborti ſanguinem advterum impetuoſius determinant aut, quando in ipſo vtero ſtimulus quidam vel irritamentum aliquod, ſanguinem alliciens effluxumque eius promouens, haeret, opium tunc vtile aeſtimatur. In haemorrhagiis vteri ſymptomaticis, id eſt, quae a ſola debilitate poſt alios morbos dependent, opium, niſi morbi illi antea curentur, nihil ad curationem confert; inque iis porro, quae termino menſium circa quinquageſimum annum accedente mulieres grauiter afficiunt, opium, niſi dolorificae tenſiones hyſtericae adſint, prorſus non indicatur; inque iis tandem, quae poſt diuturnam iam menſtruorum ceſſationem in corpore effoeto praeter expectationem eueniunt et moleſtiſſimos ſpaſmos doloresque exquiſitos interdum coniunctos habent, opium nullum iuuamen adfert.

p. 57. Capite ſecundo vſus opii ſalubris vel et noxius in febribus exponitur, inter quas primo loco intermittentes commemorantur. Ad has curandas a multis

multis quidem commendatur opium, cum vero quolibet tempore hocce remedio caute vtendum ſit, neceſſarium eſt, vt conſideretur, quo tempore in vſum veniat. Noxium iſtud in paroxyſmo aeſtimatur. Ob ſtimulantem enim, acrem, aromaticam atque cardiacam virtutem opium, ſi inſtante frigore febrili exhiberetur, circulum ſanguinis iam velocem non ſolum velociorem redderet, hincque febrim augeret, verum etiam, cum fluida, vaſis interim frigore conſtrictis, expandat, anxietates inde et omnia mala, a congeſto in interioribus ſanguine prouenientia, augeret. Imo vero ob actionem, diu protractam, calorem vltra continuando intermittentes ſaepe in acutas periculoſas mutare valet. Verum ante paroxyſmum ſi exhibeatur p. 64.
opium, vix adeo tantis noxis coniunctum eſſe videtur, licet ſumma etiam in exhibendo eo opus ſit cautione. Cum enim febres intermittentes ſudore duas aut tres horas ante paroxyſmum moto ſaepe curentur hicque ſcopus diaphoreticis attenuantibus reſoluentibus obtineatur, mirum ſane non eſt, cur opium, cum diaphoreticum et reſoluens ſit, febres intermittentes profligare valeat. At vero praeſtat ſane, opium in ea duntaxat copia praeſcribere, quae non ſomnum inducat, ſed ſpirituum turbas pacare tantum poſſit. Neceſſe etiam eſt, vt opium non niſi attenuantibus, reſoluentibus euacuantibusque diu ante vſurpatis, exhibeatur, nec vnquam niſi materies praeparata ſudore moueri poſſit. Num vero febres omni tempore opio certo profligari poſſint, experientia non probatur, quippe qua potius oſtenditur, opio etiam vſurpato febres rebelles perſtitiſſe, quas tamen optime curauit cortex peruuianus. Cum vero et hicce in nonnullis ob peculiarem cor- p. 70.
porum conſtitutionem aluum haud ſecus ac cathartícum fortius moueat, ideoque fruſtra eius virtus roborans expectanda foret, optimo igitur cum

ſucceſſu

ſucceſſu huic interdum iungitur illud, quo ſa[illegible] diarrhoea a cortice eueniens infringatur, isque [illegible] munere ſuo fungi demum queat.

p. 73. His de effectu opii in intermittentibus febribus expoſitis, ad vſum opii in febribus continuis progreditur Noſter, vbi diſquirit, num opium, a quibusdam ad febres has commendatum, cum fructu [illegible] absque vlla noxa tuto exhiberi poſſit. Ad explicandam itaque hancce rem praemittitur febrium [illegible] rum theoria earundemque vera et genuina medendi methodus. Quo facto Cl. Auctor probare studet, opium in febribus acutis atque inflammatoriis non ſolum minus ſecurum et anceps, ſed nonnunquam ſemper, imo interdum nocentiſſimum deprehendi. Vt noxae iſtae ab opii vſu in dictis febribus metuendae clarius pateſcant, ſequenti ordine rem illam demonſtrandam aggreditur.

p. 80. Oſtenditur ſcilicet primo, *opium non quadam ingenio febris et inflammationis.* Cum nimirum vitandum obſtruens, motus celeritas atque inde pendens calor et rarefactio humorum cauſam febris et inflammationis conſtituat, opium vero humores quidem reſoluat, aſt motum eorum intendat, ſtimulum caloremue augeat, atque febrem ſaepe et inflammationem creare ſoleat, in propatulo proinde est, cur febris et inflammatio, iam praeſentes, ab opio augeantur, nec vnquam debellari poſſint. Quod vero, ſi ab irritante ſtimulo motus auctus adeo anne opium tunc proficuum habetur? Certe, si perpenderis, motum hunc auctum non a ſenſu, ſed a mobilitate et irritabilitate in ipſa fabrica reperienda dependere, ſatis omnino patebit, motum illum ab opio minui nunquam poſſe, quia iſtud in ipſum ſtimulum, quod tamen fieri nequit agere debet.

p. 88. Ex his, quae hactenus dicta ſunt, ſponte etiam patet, *opium retardare abitum in ſanitatem eumque naturae et aliorum remediorum reſtituatur, obtenta*

diſſo-

difficiliorem reddere; quia morbo ſanando minus conveniens opium absque omni dubio naturae et artis molimina ad ſanationem tendentia impediet.

Fauet porro *opium generationi aliorum morborum, quos ex ſua indole quandoque generat febris.* Non raro enim accidit, vt ab opio aſſumto maculae rubrae, puſtulae, eryſipelas, phlegmones, abſceſſus, gangraenae, ſphaceli, obſtructiones et ſcirrhi viſcerum oriantur, quamuis nulla adſit febris. Quid ni itaque, ſi febris ad hos morbos procliuis iam eſt, ab opio idem, ac a diaphoreticorum calidiorum vſu incongruo metuendum? Sique perpendamus, opio auctum a febre circulum ſanguinis expanſionem magis adhuc augeri, atque inde vaſa pulmonis et encephali inprimis, cum ex ſua natura opium humores ad caput determinet, infarciri atque ideo obſtructiones et ſtaſes gigni, opium ſane, cum obſtructio pertinax et encephali et pulmonis canaliculorum deſtructio cauſae mortis in febribus frequentes ſint, ratio ſane in promtu erit, *cur opium in febribus mortem eamque creantes cauſas iuuet.* Cum vero primaria indicatio in moderando circulo excedente conſiſtat, atque opium eum intendat, *iſtud igitur indicationibus veris in medela febrium formandis contrariari*, ſequitur.

p. 89.

p. 92.

p. 94.

Pari etiam ratione intelligi poteſt, cur *opium in febribus coctiones et criſes turbet.* Si enim coctio et criſis fieri debeat, pacati requiruntur motus, quod tamen ab opio non expectandum eſt; cumque criſis euacuatio cocti per ſputum, per vrinam, per vomitum, per diarrhoeam, per ſudorem ſit, opium vero, ſudorem ſi exceperis, omnes excretiones cohibeat, impedimentum ſtatim inde patet. Anne autem criſis per ſudorem, quem opium mouet, ſuccedit? Perpendendum omnino eſt, rariſſime per ſudores ſolos febres iſtas noſtris temporibus iudicari, et ſi etiam eueniat, quis determinare audet,

p. 96.

num natura, dum ſudor opio mouetur, vim
nec aliam ingrediatur? Sed obſtant aliae
ex antecedentibus petendae, quae vſum
p. 100. diſſuadeant. Praeterea *remediis veris*
bus contrariatur opium. Venaeſectione
ſanguinis copia, impetus et rarefactio
purgationes antiphlogiſticae eadem fere
et impetus inſuper a capite auertunt; nitrum
morum rareſcentiam et motum eorum
ſiſtit; quibus autem omnibus opium
contrarium praeſtat. Quid demum de
haeccene optima in febribus remedia et
dem, quae opium viribus prorſus priuant? *Vbi*
antidotum vere prodeſt, ibi certe non prodeſt,
eſt antidotum. Nonne vero ſymptomata
p. 103. opium poſtulant? *Adhaec* ſane *nihil iſtud*
pleraque intendit aut minus opportuna
Eo quidem frigus minui poteſt, ſed
in febribus intermittentibus dictum,
effectus. Si autem frigus opio minuitur,
omnino, calorem excitari, inde ad
guendum prorſus ineptum haberi debet.
autem ad peruigilium febrile compeſcendum
prodeſſe videretur, cum notum ſit, ſomnum
inuitari. Certe, ſi perpendamus, vigilias
petu febrili dependere, hunc autem ab opio
non poſſe, patebit omnino, ſcopo iſti opium
quam ſatisfacere, e contrario imo experientia
ſomno inducto peſſima ſymptomata oborta vel
licet porrecto, vigilias tamen perduraſſe,
mas ſequelas relictas ipſamque mortem aliquam
p. 107. accerſitam eſſe. A delirii febrilis phrenitici
medela abeſſe prorſus debet opii vſus. Cum
delirium a vi et celeritate ſanguinis, per carotides
vertebrales proiecti, proueniat, atque phrenitis
minutiſſimorum apicum arterioſorum obſtructionem
coniunctam inſimul habeat, opium ideo ſanguinis

d caput determinans nocentiſſimum in hoc caſu
betur. Tandem cum opium inflammationi ſa- p. 117.
ndae impar ſit, eamque potius excitare ſaepe va-
eat, iſtud proinde in anxietate febrili, ſymptomate
raniſſimo, quae lentorem inflammatorium, vel in
ulmone, vel hypochondriis et hepate inprimis hae-
entem, cauſam agnoſcit, exhiberi nequit. Quod p. 123
inque de febribus acutis inflammatoriis in genere
alet, id etiam in inflammationibus particularibus,
t angina, peripneumonia etc. valet. Praecipuum
enim, morbos hos curandi, artificium in modera-
ine circuitus conſiſtit; quapropter opium, circu-
um accelerans ſanguinemque exaeſtuans, dictis
orbis nunquam conuenire, quilibet ex his per-
piciet.

His expoſitis variolas conſiderat Noſter, vſum- p. 125.
ue opii, ab aliis laudatum, omni ſtudio diſquirit.
Licet autem variolae ad febres inflammatorias refe-
endae ſint, ideoque ea etiam, quae de febribus
dictis dicta ſunt, huc ſpectare videantur, ob ſingula-
ia tamen phaenomena variolas in ſpecie examinan-
das eſſe, arbitratur. Cum in febre, quae prima
vocatur, ſanguis commotus ſit, opium vero eum
magis commoueat et ad caput vrgeat, qui tamen
emper ab eo auertendus eſt, iſtud ad febrem
hanc non pertinere, ſequitur. Aliter ſe res habere
videtur in ingruente febre, ſecunda dicta. Suppu-
ratione enim procedente et aucta, doloribus leuan-
dis atque cunctis, quae hos ſequuntur, minuendis
opium in diſcretis variolis videtur. Licet autem
olae, absque vllo medicamine, feliciter ſaepe a ſola
natura curentur, blando tamen ſomno excitato in-
commoda variolarum mitiora facta fuiſſe, experien-
tia probat. Aſt maiorem attentionem merentur
variolae confluentes, in quibus ſingularem opii
ſum eſſe, plures aſſerunt. Primo itaque dolores
acerbiſſimi, quos acri pure turgentes variolae pro-

ducunt, dein perſpiratio cohibita, tandem
quod mora acrius factum, reſorptio
veniunt. Quod ad dolores pertinet,
eos minuendos aptiſſimum quidem cenſetur
modo conſtet, iſtud reliquis binis febrium
ſimul attendendis, congruere. An itaque
hibito perſpiratio cohibita reſtitui poteſt?
quidem ſudorem opium, cum vero organon
rationis hoc in caſu obſtructum, inflammatum
dum, humoribuſque transmittendis inepto
opium proinde perſpirationem mouere
Nonne autem humoribus, ſaltem ad cutem
minatis, ibi detentis atque ideo ſuppurationi
mouenda multum boni expectandum? Certe
valet opium, eo tantum in caſu erit, ubi
vere torpet et tumores capitis artuumque
aliter res ſi ſe habuerit, ab opio abſtinendum
Sed ſi diarrhoea perſpirationem ſuppreſſam
opio etiam, cum aluum ſemper inhibeat,
conceditur locus. Ptyaliſmus contra ſi adeſt
iſte non ſolum non cohibetur ſed ſuſtentatur
et promouetur, hinc eo in caſu tutus eius
et proficuus. Quod tandem ad puris reſorptionem
ſpectat, cum opio caueri nequeat, febrisque
inquies, anxietas aliaque plura ſymptomata
loſa adſint, ab illo igitur prorſus abſtinendum
Sique perpendamus, fomitem hunc
optime diarrhoea artificiali educi, hanc autem
infringi, patebit inde, opium eo magis inter
hic videri. Melius enim eſt, abundantem
ſtuantem colluuiem purulentam minuere
magnam partem per aluum ſubducere, quam
tati corrigendae ſtudere.

p. 144. In morbillis, ſi febris nimio impetu
ptionem peccat, opium nocet, locum vero
ſi eadem languet et efflorescentia protrahitur
tamen, ne praeter rem eiusmodi calida

neque diu continuentur. Si morbilli peioris indo- p. 149.
le et palpitatione, ſtricturis cardialgicis aliisque
ſpaſmis et motibus conuulſiuis ſtipati ſint, et neruoſa
talis affectio plus, quam febris vrgeat, opium con-
venit. Si tuſſis vrget, opium proficuum aeſtima-
tur, etiam eo in caſu, vbi febris valida ſatque gra-
uis eſt, dummodo, hac contraindicante, venae-
ſectio praemittatur. Simili etiam ratione opium
conducit, ſi tuſſis diu poſt morbi decurſum rema-
neat et neceſſarium iudicatur, ne ob acrem pituitam,
pulmones infeſtantem febris lenta et phthiſis oria-
tur. Si tandem diarrhoea, ſub initium morbi acce-
dens, metum iniicit, ne exanthemata retrotrahan-
tur, opio ea coercenda eſt, idque eo magis, cum
ipſa ſymptomatica ſit et opium a centro ad periphe-
riam humores moueat. In ſecundo morbi ſtadio
diarrhoea eueniens ſi excedat, opium vtile aeſtima-
tur, ſique anginoſa deglutitio et anheloſa reſpiratio
remedium iſtud minime indicent, idem tamen, ſan-
guine largius miſſo, optimo cum ſucceſſu exhibitum
fuiſſe, experientia probat. In diarrhoea tandem
poſt decurſum morbi remanente contumaci, ita vt,
remediis cunctis incaſſum tentatis, aegrotantes viri-
bus exhauſti ſuccumberent, opium vnicum reme-
dium eſt, quo iſta compeſci optime poſſit.

In peſte, licet a clariſſimis in arte viris com- p. 156.
mendatum fuerit opium, ipſam tamen naturam pe-
ſtis Noſter perpendens, remedium iſtud plane non
conuenire, oſtendit. Cum enim peſtilens vene-
num tenuiſſimum alcali, ſanguinis naturalem craſin
diſſoluens et deſtruens, eumque ad phlogoſes et
gangraenas peſſimas efficiundas diſponens cauſa ſit,
idque intenſiorem ſaepe motum humorum con-
iunctum habeat, opium proinde, cauſas haſce ex
natura ſua augens, noxium omnino reputatur.
Forte vero virium languor, febris abſentia illud in-
dicare poſſent? Certe ſi perpenderis, vires omnes

reliquas motrices a miaſmate prorſus im
eſſe, alia potius cardiaca, quam opium,
multo magis deiiciens, eligenda eſſe,
Sed nec ad promouendum etiam ſudorem,
a multis laudatum, opium aptum videtur,
iſte ſemper ſalutaris aeſtimetur, et ſi forte
tamen non calidis ſtimulantibus, ſed diluentibus,
tenuantibus, antiphlogiſticis et antiſeptic
nendus aut excitandus eſt. Neque etiam
mata vrgentia leuare valet. Vomitus
ſingultus vomitorio, mature dato, aut
lius curantur; anxietati porro male opponitur,
eam potius augeat; haemorrhagiae, a
diſſolutione et acrimonia prouenientes,
opio hic obediunt; diarrhoea tandem,
morbi adſtringentibus et ſudoriferis tra
putredine poſthac et colliquatione oritur,
medelam reſpuit et aegros iugulat. An aute
prophylacticum? Nunquam certe; cumi
ſtet in parua doſi, quod vinum magna in
gurgitatum praeſtare ſolet.

p. 173. In febribus, in quibus, absque vlla cauſ
feſta, ſubita et ſumma virium proſtratio,
terdum celerrimus, ſed debilis et debiliſſim
ac inaequalis, calor mitis, ſaepe artuum
ſimulque magna praecordiorum anxietas ade
hanc ob cauſam malignae vocantur, opium
conuenit. Cum enim hancce debilitatem
omnia miaſma putridum et ſepticum, humor
putridum tabum diſſoluens producat, opium
humores ſua natura ad putredinem diſponat,
poteſt inde fieri, quin mali cauſa opio adau
Accedit et hoc, quod idem iſtud vires anim
depreſſas magis deprimat, inſenſibilitatem,
rem, anxietatem, ſomnolentiam, ſtuporem,
ſitionem ad delirium, ſymptomata febris
peſſima peiora omnino reddat. Forte vero

rhoe

rhoea, in hiſce febribus ſaepe accedens opium poſtulare videtur. Sed caute hic procedendum eſt; ſi namque ea iuſto tempore accedit et aegrotans ea leuatur, nunquam opio iſta coercenda eſt; ſin vero profuſiſſima ea ſit et aegrotantes inde debilitentur, opium vtile habetur.

In capite tertio de vſu opii in ſanandis doloribus agitur et primo dolorum aetilogia ac therapia, poſtea autem generales circa vſum opii in ſanandis doloribus obſeruandae regulae exhibentur, quarum primariae hae ſunt. 1) Opium non cauſam, ſed ſenſum doloris minuit. 2) Sopito ſenſu medicus aegri conſtitutionem diſcere non valet ob phaenomena non niſi ab opio excitata. 3) Finita operatione remedii cauſa recrudeſcit, aliquando grauior facta. 4) Cauſae remotio ſemper praeferenda nec opiatis, fruſtra exhibitis, pertinaciter inhaerendum. 5) Omnes excretiones; ſola diaphoreſi excepta, cohibet opium, hinc vias, per quas cauſa eliminari forte poſſet, claudit. 6) Actionem cauſae doloris aliquando iuuat opium, e. g. plethoram, circulum humorum auctum etc. 7) Si dolor ſymptoma tantum morbi ſit, dolorem ſedando morbus toleratur et medicus peccat. 8) Si dolor vrgeat et peiora inde mala metuenda ſint, nec cauſa ſtatim remoueri poſſit, opium neceſſarium iudicatur. 9) Si cauſa latet vel auferri nequit et remedia fruſtra exhibentur, opium vnicum remedium habetur, caue tamen, iſtud exhibeas in ſedandis cancri doloribus, qui ab aucto humorum circulo augentur, melius id ferunt alii morbi inſanabiles e. g. vlcera inteſtini recti. p. 188.

His de opio in ſanandis doloribus in genere praemiſſis, ei nunc in ſpecie conſiderantur, atque primo loco pleuritis recenſetur. Cum dolor in p. 201.

hoc morbo non cauſa febris, ſed haec illi
et requiratur, vt ſanguis impactus
hens attenuetur, vaſa relaxentur, impe
minuatur, coctisque excretio a natura
idoneas vires iuuetur, opium indo
patet. Hoc enim ſanguinem licet atte
rem tamen inducit et, circuli exceſſum
brem hinc, doloris cauſam, auget; cum
ob reſpirationem impeditam ſuffocentur,
autem natura ſua in ſanis quoque reſpira
ficiliorem reddat ſanguinemque in pulmo
mulet, iſtud multo magis nocentiſſimum
tide cenſetur. Si tandem ad morbi hum
nes, fluorem inprimis alui, ante quartum die
ſputum attendas, opium iſtas non ſolum
mouet ſed turbat, adeo et impedit, ideoq
xium eſt.

p. 212. In ſedanda cephalalgia idiopathica ſuſpe
nociuum aeſtimatur opium. Ea namque
geſtione ſanguinis humorumue ad caput,
culo, liquidis ſtagnantibus et actione valer
nimis forti, vel nimis languida et affluxus et re
proportione mutua abolita conſiſtit, atque
mis ſanatur, quae plenitudinem euacuant,
res ſtagnantes ad liberam circulationem di
liquidorumue reuulſionem praeſtant; quare
contrarium praeſtans, noxium omnino
eſt. Cephalalgia ſymptomatica eo vſque
opium, quo vſque morbi, a quibus iſta
id permittere videantur.

p. 223. In cardialgia opium ob varias morbi hum
ſas vel iuuat vel nocet. Si enim ſolum
vitium eſt, opium prodeſt, licet alia etiam
dia idem praeſtare valeant. Si a materie
oritur, euacuantia, non opium, indicantur,
men exhibitis, dolor ſi perſtat, opium vtile
tur. Emetica et purgantia draſtica ſi

cauſam dant, ante omnia demulcentia, poſthac autem opium, minime vero opiata ex calidis compoſita, exhibere iuuat. A vermibus et venenis dolor cardialgicus productus oleo, optimo hic antidoto tollitur. Aſt ſi vaſa ventriculi, ob denegatum fluxum haemorrhoidalem turgent et doloris cauſam ſiſtunt, opium, ſangiuem magis expandens, nocet. Noxium pariter cenſetur in grauidis plethoricis, breui tamen poſt conceptionem, ſpirituum anomalia ſi adeſt, opium conceditur. A menſium anomaliis dolor opium quidem vt emmenagogum indicat, tempora tamen conſiderentur, neceſſe eſt. Non enim niſi venaeſectione et remediis, vaſa vteri laxantibus, praemiſſis vſurpandum eſt. Si ſcirrhus et eroſio ipſius ventriculi, nec non obſtructae partes vicinae in cauſa ſunt, nullum ab opio expectatur iuuamen. Si cardialgia ab humoribus acribus, vel non expulſis, vel retropreſſis arthriticis et exanthematibus cutaneis variis oritur, opium, diaphoreticum, inter alia dextre adhibitum prodeſt. In cardialgia demum inflammatoria opium, cauſam augens, prorſus non conuenire, ex hiſtoria febrium patet.

Quibus fibrae inteſtinorum debiles facileque irritabiles ſunt, ita vt absque vlla aut ſaltem leuiſſima cauſa materiali excitantur tormina, his non niſi ſummo dolore vrgente opium dandum eſt, quia iſtud, debilitans, fibras iſtas debiliores reddit. Inteſtinorum dolores ſi a materie aceſcente et fermentante excitantur, opium nocet, niſi iſta prius euacuata fuerit. Qui a menſium haemorrhoidumque anomaliis oriuntur dolores, non opio, ſed iisdem remediis, vt dolores ventriculi, tractandi ſunt, quia alias absque remediis, ibi laudatis, praemiſſis opium, vtpote calidum, plus noxae, quam emolumenti adfert. In colica bilioſa, quae a ſtabulante acrimonia bilioſa in inteſtinorum canali ortum ducit, materies prius corrigenda et euacuanda eſt, ſique p. 233. p. 239.

dolor vrgentiſſimus obſtat, opium inter
In ea colica bilioſa, quae a calculo fel
ſummis ſaepe doloribus ſtipata eſt et con
ſaepe habet vomitum, tolerandum ſane, cum
grinum corpus non raro loco moueat,
tamen in paroxyſmo ob acerbitatem dolorum
tum grauiorum inde emergentium ſympto
exhibere conuenit.

p. 245. In colica ſaturnina, cum ſtricturae in
ſint, et conuulſiones ſaepe immineant, opium
relaxans, indicatur cumque aliis remediis,
impugnantibus, mixtum, cum fructu prop
Si tandem colica a materie, ad corporis ſuper
ableganda, vel ab ea retropreſſa exanthem
arthritica etc: oritur, opium ſane, diaphoret
dummodo calida conducant, languor vis vitae
febrisque abſit, conueniet.

p. 248. Si praeſente dolore in inteſtinis inclinatio
flammationem adeſt, vtile iudicatur opium.
autem hoc in inflammatione alias reiiciatur,
tamen in caſu neceſſarium habetur. Tunc
inflammatio effectus, non cauſa, doloris eſt;
itaque ſpaſmus ſopiatur, inflammatio augetur,
opio ſpaſmus ſopiendus eſt: venaeſectionem
et clyſmata praemittere praeſtat. Licet enim
ctus hic circulus a ſpaſmo dependeat, hocque
to circulus etiam minuatur, iſta tamen remed
ſecuritatem praemittere, vtile erit, idque eo
cum opium ſemper natura ſua ſanguinem rare
circulumque acceleret.

p. 253. Ileus, qui ſummis cruciatibus et vomitu
tentorum ventriculi ſtipatus eſt, opium vel ob
gandos dolores, vel ob compeſcendum vomi
ſiue is effectus, ſiue cauſa ilei ſit, omnino req
Licet autem opio aluus alias obſtruatur, haec
in iſto morbo conſtipata iam ſit, hoc tamen
ſtricturis ab opio relaxatis, pharmacum hoc

periſtalſeos inter atoniam et ſpaſmum ac conuul-
ſionem medium inducit atque ſenſum et periſtalſin
naturalem reddit, inde in ileo aluum potius promo-
vet, quam cohibet. Conuenit tamen cathartica
prius exhibere eademque etiam rurſus ſubiungere.
Purgantium autem remediorum connubium cum p. 261.
opio Noſter non laudat, cum effectus vtriusque
ſibi inuicem aduerſentur minusque certi eſſe
ſoleant.

Si hernia cauſa ilei eſt, praeter repoſitionem, p. 265.
ante omnia tentandam, atque clyſmata et fomenta
emollientiſſima applicanda, opium ad vomitus et do-
lores leuandos, ſpaſmos mitigandos, ipſamque re-
poſitionem faciliorem praeſtandam conducit.

In colica Pictonum, cum ea morbus membra- p. 266.
narum neruoſarum inteſtinalium ſumme doloroſus,
conuulſiuus ſit, totam ſyntaxin neruoſam in con-
ſenſum trahens, opium omnino vtile cenſetur, quo
enormes compeſcantur ſpaſmi.

In doloribus demum inteſtinorum chronicis, p. 269.
cum ab obſtructionibus viſcerum, ſolidorum vitio,
eorum anguſtia, abſceſſu, vlcere, callo, ſcirrho et
cancro ortum ducant, opium vel prorſus non, aut
vrgente tantum neceſſitate, admittitur.

In nephritide ſimplici, quae ab omni cauſa, in- p. 272.
flammationem generante, vt plethora, non autem a
calculo, ortum ducit, opium ob eandem rationem,
quae de inflammatione in genere reddita fuit, con-
venire nequit. Aliter ſe res habet in nephritide,
quae a calculo oritur. Licet autem et eo praeſente
inflammatio adſit, tamen, cum ea non niſi effectus
doloris ſit, quo ſedato cauſa inflammationis adi-
mitur, opium proinde indicatiſſimum habetur re-
medium. Caue tamen, ne eo ſolo vtaris et venae-
ſectionem et emollientia adeo proficua negligas,
potius vero in vſu eorum cauſae debellandae
aptorum pergas.

Quod

p. 286. Quod ad vomitum nephriticum attinet, [illegible] haerentem in vretere calculum protrudere [illegible] aeſtimatur, potiusque excitandus, quam ſuppri[illegible] eſt. Si tamen accedat nimius, opio cohiben[illegible] cumque concuſſio abdominis per vomitum [illegible] ſit, exercitiis corporis, vt vectione in rhe[illegible] ea ſupplenda, poſteaque etiam lenibus emeti[illegible] mitus rurſus excitandus eſt.

p. 288. In ſpaſmo veſicae ſi dolores a calculo et [illegible] ſanguinis vel et ex abraſo muco originem d[illegible] nullum iuuamen ab opio expectandum eſt. S[illegible] loris cauſam venae varicoſae ſuppeditant, [illegible] cum vaſa laxa iam laxiora vltra reddat, [illegible] Quodſi vero in arterioſis vaſis haereat ſan[illegible] inflammatio adſit, remedia emollientia, oleoſa [illegible] naeſectio primaria ſunt, opium vero non ni[illegible] terponi aut ſubiungi debet.

p. 294. Dolores ab exacerbatione, ſcirrho et callo[illegible] ipſius veſicae, non opio, ſed emollientibus, in[illegible] extus admotis, mitigandi ſunt.

p. 295. Spaſmi et dolores, a frigore externo in v[illegible] excitati, tantillo opii, iuſto regimine obſerua[illegible] cantur, ſique illi a materie fermentante pro[illegible] tur, praeter alia remedia, et opium in vſum [illegible] poteſt. Si dolores a pure, aliunde in veſic[illegible] pluente, oriuntur, balſamica et demulcentia, [illegible] opium, indicantur. Quodſi vero acre ſerum [illegible] buticum, podagricum etc. retropreſſum et [illegible] ſicam delatum dolores ibi excitat, opium p[illegible] alia materiem ad peripheriam determinans, [illegible] cenſetur, idque pariter eo etiam in caſu lau[illegible] vbi veſica per conſenſum ab aliis ſpaſtice a[illegible] partibus dolorifica euadit. Vbi vero aliae [illegible] morbificae deprehendantur, propriam iſtae [illegible] lam et raro opium requirunt.

p. 301. In rheumatiſmo vniuerſali, cuius cauſa [illegible] ſtagnans circulum humorum ob ſtaſin auget id[illegible] febr[illegible]

febrem excitat et inflammationis ideam inuoluit, opium, remedium calidum et antiphlogisticis contrarium, exhiberi prorsus nequit.

In rheumatismo particulari calido vel et frigido, cum lentor rheumaticus attenuandus et perspirabilis reddendus sit, opium nihil prodest, idque pariter in malo ischiadico de eo valet, vbi non solum morbum hunc non expugnat, sed et, nisi venaesectio, purgantia, diluentia et soluentia praemittantur, nocet. Imo, opii exhibiti actione finita dolores fere semper grauiores redeunt. p. 311.

Ad praecauendam et eradicandam arthritidem podagramue nihil facit opium, nec etiam vtile in paroxysmo habetur. Figit namque materiem in arthritide, hancque auget, cum *neruosa inflammatio mali mereatur podagra.* Nec etiam sudor, ab opio motus, hic prodest, sed liquida dissipando malum potius grauius reddit. Cum denique opium coctionibus omnibus aduersetur et debilitet, dispositio inde ad futurum paroxysmum, eo citius redeuntem inducitur. Anceps itaque et minus securum istud in hoc morbo remedium est, quod insuper summos dolores non nisi generosis dosibus retundit, tunc autem graues noxas post se relinquere solet. p. 319.

Quod denique ad materiem podagricam intus detentam, vel ab exterioribus ad interiora vergentem, attinet, opium interdum nocet, interdum autem iuuat, prout pars est, quae male se habet. Ita opium non conuenit, si malum in capite haeret, cum impulsum humorum ad eum locum magis determinet. In syncope autem arthritica, pulsu imbecilli existente, opium iuuare dicitur, non aeque semper in asthmate arthritico. Si enim materiae viscidae excretione opus est, opium, cum eam cohibeat, nocet, iuuat vero, si spasticum illud appareat. Quodsi vero peripneumonia a materie arthritica oriatur, opium minus conueniens censendum p. 342.

ſendum eſt. Si a retropulſa, vel non expulſa [illegible]
tide ventriculi debilitas ac languor cum [illegible]
torminibus obſeruantur, opium non [illegible]
eſt, ſi vomitiones tamen ſollicitent, iſtud [illegible]
dendum eſt. Si diarrhoea arthritica moderata [illegible]
cedit, ea, cum ſalubris iudicetur, non [illegible]
eſt, ſin vero modum excedat et mortem [illegible]
diaphoretica eligenda ſunt, inter quae autem [illegible]
non vltimum ſibi ſemper vindicabit locum. [illegible]
nique cum arthritico dolore calculoſus complicatur, [illegible]
de exhibendo opio illico cogitandum eſt.

p. 348. In odontalgia, ſi vel caries dentis, vel inflammatio arteriolarum, et congeſtiones ad caput [illegible]
doloris ſuppeditant, opium non exhibendum. [illegible]
In priori enim caſu ceſſante actione remedii [illegible]
men exſpirat et dolor denuo accedit; in poſteriori [illegible]
autem opium, cum humorum motum intendat [illegible]
ad caput determinet, cauſam potius doloris [illegible]
valebit. Quodſi tamen aeger ob ſummos dolores [illegible]
lenimen poſtulauerit, opium non niſi venaeſectione [illegible]
et antiphlogiſtica cura praemiſſa, exhibendum. [illegible]
Aſt in odontalgia rheumatica, a ſero viſcido [illegible]
que aut acrimonia ſpecifica imbuto deducenda, [illegible]
vllis motibus febrilibus aut ſaltem vagis ſtipata, [illegible]
gantibus fortioribus praemiſſis opium cum [illegible]
propinatur. Et quae de odontalgia dicta hic [illegible]
ea etiam de otalgia, a ſimilibus fere cauſis orta, [illegible]
dicenda et in vtroque affectu vnam eandemque [illegible]
methodum obſeruandam eſſe, Cl. Auctor exiſtimat.

IX.

IOANNIS GEORGII ROEDERER, D. Medicinae, ſpeciatim anatomicae artis atque obſtetriciae P.P.O. Academiae ſcientiarum Petropolitanae, ſocietatum regiarum Suecicae et Goettingenſis ſocii et lat. Ienenſ. Honorarii, Colleg. chirurg. Praeſidis et principatus Gottingenſis Phyſici, icones vteri humani, obſeruationibus illuſtratae. Goettingae ſumtibus Vandenhaeckianis, fol. pl. 16. tab. aen. 7.

Nitidiſſimis his et curatiſſime delineatis iconibus earumque ſolida explicatione, varias obſeruationes in arte obſtetricia cum lectoribus communicat Cl. Auctor, quas in praxi huius ſcientiae verſatus animaduertit, atque adiecit ſimul varia, quae hinc inde in aliis ſcriptis vel academicis vel commentariis inſertis iam diſputauit. Exhibet tab. I. externam vteri parturientis ſuperficiem ad viuum, vt aiunt, depictam, et monet figuram vteri, ab liquore amnii diſtenti, differre ab iſta, quam vterus, effuſo hoc liquore, adſumit in eo, vt ſit ouata regularis, cum e contrario huius colliculis tuberibusue variis diſtinguatur. Vaſa arterioſa, in ſuperficie obrepentia, ſub externa vteri membrana deliteſcunt, et ſuas ramificationes in ipſam ſubſtantiam diſtribuunt. Ab ipſa fundi expanſione tubarum quoque diſtantia mirum diducitur, hinc intelligi poſſe dicit Cl. Auctor, cur plerique ſcriptorum tubas vteri gravidi ex humili loco prodire affirmarint. Tubae, quae ſerpentino tractu ex vtero vacuo prorepunt, in grauido vtero rectae vel leuiſſime tantum inflexae decurrunt. Creſcit et moles ligamentorum teretium, vt iam alii celebres ſcriptores notarunt. Ouaria quoque cum tubis deſcendunt et inferiorem locum in grauidis occupant. Os vteri in hac figura p. 1.

elegan-

eleganter ſatis expreſſum, ita ſe habet, vt fœ
p. 4. partus initiis deprehenditur. Tab. II
placentam in poſitu naturali monſtrat: apte
omnes artus ita ſibi applicantur, vt totus
p. 6. globulum fere referat. Tab. III continet
in ſitu naturali. Multa hic ex ſuis aliorum
ſeruatis de vteri parturientis et grauidi cra
quam mox ab abſoluto partu mire augeri
hoc tempore quaeuis vaſa vacua fere et co
ſanguinis fluxum fuerint. De fibrarum
motricium, in vaſorum interſtitiis decurren
dole earumque ſtratis copioſe ac elegante
easque extra omnem dubitationis aleam
nititur. Vidit enim Cl. KOELREUTER
ſtratorum ordinem. In anteriori ſuperfi
num ſtratum fuit longitudinale, cui ſubiace
orbiculare, dein obliquum, a parte dextra
ſtram deſcendens, porro aliud obliquius a
dinali directione multum abhorrens, vidit cu
ſtrato deſcendentem craſſum reliquis diſtin
fibrarum faſciculum. Dictis his ſtratis ſu
vaſorum rete cum aliis ſtratis motricium
intermixtis, quorum directio, qualis in exti
obliqua eſt. Intimum tandem ſtratum
nale eſt et craſſum. In fundo plures, q
perficie anteriori, adeſſe videntur lon
fibrae. Ceruicis fibrae, quamuis conſpicu
ſtrata tamen diſtingui commode nequeunt,
tamen transuerſae apparent. Ex quibus
facile perſpici poſſe autumat, inanem eſſe
vacaneam operam in demonſtranda muſcul
natura, cum autopſia eam doceat; nec
eo pugnari contra, quod fibrae ſibi
intertextae, ſtrataque ſibi arcte conglutinata
tionem ſcalpelli opè denegent, cum idem in
muſculo eueniat, nec ex cinereo fibrarum
hanc labefactari ſententiam poſſe iure

affirmat. Duplicem descriptarum fibrarum vsum statuit, partim enim contractiones vteri et dolores ad partum efficiunt, partim vasorum sanguiferorum constrictioni inseruiunt. In interna vteri membrana propria nihil fibrarum detegitur, sed mollis ea est, tenuis, pulposa in grauidis, facile dilaceranda in cadaueribus. Musculum orbicularem RVYSCHII, non ex fibris muscularibus, sed ex fibrarum, internam membranam componentium, dispositione circulari, sub ipsa placenta efformata, effectum docet. Placentae arteriosi trunci colliguntur in hoc exemplo in vnum truncum, ad angulum funis placentaeque prorepentem, qui dein vero in ipso fune mox in duos solitos diuergit. Tab. IV describit *externam vteri grauidi superficiem cum vasis sanguiferis.* p. 12. Situm vteri cum vicinis intestinis declarat et ex eo varia in grauidis digestionis vitia morbosque abdominales nasci monet. Adiicit copiosam satis et accuratam vasorum, tam arteriosorum, quam venosorum descriptionem. Tab. V *foetus et placenta in positu naturali* depinguntur. p. 20. Quae tabula cum ad viuum delineata sit, reliquis, quae a diuersis auctoribus, pro suo arbitrio, exhibitae prostant, omnino praestare cuilibet patet. Lateralem embryonis positum pro vero naturali, vti OVLDIVS affirmat, non assumit, multis, quas docte ac eleganter exponit, commotus rationibus.

Tab. VI fig. 1 *vteri grauidi interna superficies* p. 22. describitur. Vasorum, ad vteri internam superficiem pertingentium et in placentam continuatorum, indolem ex propriis obseruationibus declarat. Erat interna membrana molliuscula, tenuis et quasi villosa, quam amplum maximarum venarum rete tegebat, frequentissimis anastomosibus ita factum, vt, inflata vna vena, totus vterus eleuetur. Nec tamen vltimi venarum fines, in capillaria vasa producti, versus placentam et membranam filamentosam extenuan-

tur, ſed in vteri internam membranam diſtribuuntur. Nec etiam ex his venis in vaſa vmbilici, neque ex his in illas flatus penetrat. Hiant quaedam vaſorum venoſorum orificia in vteri cauum, eo quidem in loco, qui placentam ſuſtinet, quae tamen, cum villis vulis quaſi tegantur, non niſi flatu apertae comparent. Quaeuis haecce dicta et in alio vtero, quem cera repleuerat, obſeruauit; et quanquam magna ceraceae materiei quantitas in placentae ſubſtantiam ſpongioſam tranſierit, eam tamen non via naturali per oſtia patula ad placentam delatam, ſed per dilaceratos ac diſruptos venarum canales inde effuſam eſſe demonſtrat. Figura dictae tabulae altera monſtrat *arterias ſuper interna vteri ſuperficie diſtributas*, quae ſimili modo, ac venae, ſtipatiſſimum rete efformant in membrana vteri interna expanſum, quod ipſam filamentoſam oui membranam producit, itemque in placentae ſuperficie apparet: nec tamen flatus in has arterias immiſſus ad vaſa vmbilicalia, ſed in membranam filamentoſam penetrat. Angularium in modum, reflexae conſpiciuntur maiores in eo loco, vbi placenta adhaeret, minores in reliqua vteri ſubſtantia. Tertia figura exhibet *ſecundam tunicam filamentoſam*, quam extra omnem dubitationis aleam ponere anniſus eſt Cl. Auctor, ſimulque de oui placentaeque adhaeſione et cum vtero commercio ea repetit, quae quondam in regia ſocietate Gottingenſi praelegerat et quae ſupra* iam a nobis commemorata fuere. Figura quarta ſiſtit *tubae apertam in vterum*, quae ſemilunari figura in cauum matricis hiat. Figura quinta depingitur *apertus canalis ceruicis in vterum*; figura ſexta *apertus canalis ceruicis*, in quo ſinus, arbuſculi ſpeciem referentes, apparent, qui mucum illum ſeu tenacem ac rubram gelatinam fundunt, quae totum ceruicis canalem et ſuperiorem vaginae partem replet.

Tab.

* vid. Commentar. noſtr. Vol. IV. P. II. p. 199.

Tab. VII. varias partes exhibet; figura nimirum p. 31.
prima *internam ceruicis vteri ſuperficiem*, vbi columnulae ceruicis, ſinus mucoſi cum ſuis orificiis, veſiculae ſ. oua NABOTHI in conſpectum prodeunt: figura ſecunda ſiſtit *vterum virgineum*, cuius vera et accurata delineatio huc vsque non proſtitit cum vario modo peccent icones ab auctoribus exhibitae ad naturam, vt aiunt, non depictae, quarum tamen optimae cenſentur EISENMANNI, GRAAFII, SMELLII, quanquam et in his ceruicis nimia conſpicitur tenuitas ſuſam addit vteri eiusmodi et ratione figurae et ratione craſſitiei deſcriptionem: figura tertia, *poſterius vteri virginei*, figura quarta *anterius eiusdem planum* exhibet: figura quinta *ouarium ſiniſtrum feminae partum non enixae:* figura ſexta *veſiculas Graafianas:* ſeptima *perſciſſum ouarium feminae parturientis*, octaua *corpus luteum ex cadauere feminae illico a partu mortuae:* nona *ouarium foeminae, quae primum partum edidit:* decima *in medio perſciſſum ouarium cum corporibus luteis:* vndecima *dextrum ouarium perſciſſum cum extenuatis corporibus luteis:* et duodecima tandem *duas maſſulas flauas cum rimis circularibus* exhibet. Addidit tunc Noſter tabulas quasdam, in quibus vteri, vaginae, ouariorum, cunctarumue partium genitalium dimenſiones in feminis variae aetatis inueniundas comparat ac determinat, ſimulque quaedam notatu digna, in his partibus detecta, deſcribit.

X.

IOANNIS CHRISTIANI DANIELIS SCHREBERI lithographia Halenſis exhibens lapides circa Halam Saxonum reperiundos, ſyſtematice digeſtos ſecundum claſſes et ordines, genera et ſpecies cum ſynonymis ſelectis et deſcriptionibus ſpecierum; praefatus eſt IOH.

IOACH. LANGIVS, Math. P. P. O. Acad. Imp. Nat. Cur. et Reg. Boruſſ. Scient. Collega. Cum figuris aeneis. Halae impreſſ. Ioh. Iac. Curt. 1759. 8vo pl. 7½, tab. aen. I.

Prodiit hocce ſpecimen iam praecedente anno [illegible] diſſertationis forma, a qua noua haecce, [illegible] indicamus, editio praeter formam in eo differt, [illegible] huic acceſſerit Cl. LANGII praefatio et appen[illegible] de creta terreſtri teſtaceorum, cum additis [illegible] pluribus deſcribendis figuris aeri inciſis tubulo[illegible]
p. XIX. et corpuſculorum quorumdam teſtaceorum. [illegible] mittit vero Cl. Auctor in fronte huius lithogra[illegible] poſitiones quasdam generaliores, in quibus [illegible] men inter lithographiam et oryctographiam de[illegible] rat, auctores varios, qui lapidibus Halenſibus ob[illegible] vandis operam impenderunt, enumerat, regio[illegible] ipſam tractus Halenſis, quibusue terminetur [illegible] exponit, aliaue plura peragit. Neque vero [illegible] cum Cl. SCHREBERO conſentimus, quod, [illegible] fere iniurius in celebres germanicos lithologos, [illegible] NERVM V. C. AGRICOLAM variosque recen[illegible] res contendat, methodicam diſpoſitionem paru[illegible] germania conſuetam eſſe, ſed potius ibidem [illegible] bara, arbitraria, exoleta, indeterminata, ficta, [illegible] dicra aut ſeſquipedalia plurium praeferri defe[illegible] natis ſyſtematicorum. *Linnaeanum* ſyſtema, q[illegible] quo iure, viderint alii, pro praeſtantiſſimo h[illegible] ſequutus eſt in deſcribendis ſuis foſſilibus, adie[illegible] tamen et aliorum, WALLERII, et da COST[illegible] ſynonymias. In enumerandis terris breuem ſe[illegible] propterea dicit, quia Cl. LANGIVS eas ſub [illegible] vocauerit, et ſine dubio ſua obſeruata aliquando [illegible] publici iuris facturus. Arte formatos lapides [illegible] eos, quos ad varios vſus ſuperſtitioſe adhibet [illegible] gus, vt faeces lithologiae iure ſilentio praeterit.

H

His peractis primam aggreditur classem, quae p. 1.
petras continet. Sistit earum ordo primus *vitrescentes*, quarum agmen ducunt *cotes*. In ipsa glebarum descriptione ita versatur, vt primo loco nomen cum definitione, tunc synonyma auctorum, locum deinde characteresque et externos et chemicos et tandem vsum, cui soleat inseruire, declaret. Inter cotum species, quarum varias recenset, illa prae aliis argilloso-glareosa, venis ochraceis, lamellis horizontalibus fissilibus, falso *marmor Giebichensteinense* a WERCHIO appellata, annotari meretur, monet tandem, eam non esse confundendam cum topho, ab OLEARIO *Nußholzstein* dicto, quamquam etiam *Nußholtzschiefer* nominari solet. Excipit *cotes quarzum*, quod aqueum, album, tinctum et subcotaceum occurrit. *Silicum* inueniuntur tam *cretaceus vagus* cum suis speciebus *carneolo*, *chalcedonio*, *achate*, *iaspachate*, quam *marmoreus rupestris* et *margaceus rupestris* siue *iaspis*. Ordo secundus exhibet *calcareas petras*, quarum primo adducit *marmor*, cuius variae reperiuntur species vel *solubiles* vel *fixae*. Sequitur *spathum* varie comparatum, quod excipit *schistus*, cuius prima species nigra scilicet et friabilis sat frequens in comitatu Mansfeldico et circa *Wettin*, *Löbegin*, *Giebichenstein* etc. effoditur, vel cupri diues, vel lithantracibus superimposita. Tertium ordinem constituunt *apyri* lapides, qui *micam* et *talcum* offerunt, in variis agri Halensis regionibus varia sub forma inuenienda. Classis secunda *mineras* sistit, quarum ordo primus *salia*, *natrum*, *selenitem*, *nitrum*, *muriam*, *alumen* et *vitriolum* exhibet, quorum omnium species quaedam ex tractu Halensi commemorantur, praesertim vero fontium salinorum longa additur descriptio. Alter ordo *sulphura* continet. Occurrit rarissime quidem *succinum opacum*, ampelitidi inhaerens, frustulis parvis circa *Dölau*. Bituminum species quoque inueniuntur. Asphaltum rarissime, carbones vero fossiles

frequentiſſime in ſtratis prope *Wettin* [illegible] copia effodiuntur et diuerſo reſiduorum [illegible] colore differunt. Pyritarum lamellae lithantra[illegible] Wettinenſibus inſperſae ſaepe occurrunt, nec [illegible] ſunt pyritae cryſtalliſati diuerſae figurae. In ord[illegible] tertio, qui mercurialia exhibet, *arſenicum* [illegible] *cupreum* reperitur vulgo *Kupfernickel* dictum, ſchi[illegible] cuprifero prope *Golwitz* immixtum. *Ferri* [illegible] *intractabiles* in ſinu ſuo fouet regio Mansfeld[illegible] *cuprum* et *nudum* interdum, et *mineraliſatum*, pra[illegible] pue vero *ſchiſtus cupri* in variis locis magna [illegible] copia effoditur, qui in venis ſenſim in horn[illegible] ſtrata mutatis occurrit. Lithantraces quoque [illegible] *Wettin* et *Eisleben plumbum particulis cubicis* [illegible] ex ſtanni mineris vero nonniſi *corneus cryſta*[illegible] (*Schörl*) et *granatus* recenſentur, in agris pu[illegible] vii. Claſſis tertia enumerat *foſſilia*, ordoque pr[illegible] *concreta* continet et longum *ſaxorum* ſ. *lapid*[illegible] *milium* catalogum adfert. *Tophos* poſt ſaxa defe[illegible] ad quos refert ſic dictos *zingiberites* eosque [illegible] forma varia occurrere in multis locis affirmat. [illegible] nectit *Stalactitem* eiusque ſpecies et tandem [illegible] addit, cuius aliae ſpecies embryonem terr[illegible] fixum, aliae embryonem lapilluloſum libe[illegible] recondunt et frequenter inueniuntur. P[illegible] *ficata* ordinem ſecundum huius claſſis [illegible] mant. Primo recenſet *helmintholithos*. *Mad*[illegible] varias, *aſtroitas*, *milleporas*, *tubularias*, *alcyon*[illegible] in notabili copia reperiri aſſerit, monet vero [illegible] Cl. LERCHIVM ea omnia calcareae non ſilic[illegible] indolis deprehendi. Teſtaceorum, in petras m[illegible] torum, quoque multa copia effoditur et omne [illegible] cochlearum concharumque genus petrificatum [illegible] venitur in agris Halenſibus, ex quibus prae c[illegible] nominanda erunt *nautilites*, *cornua ammonis*, *ar*[illegible] *ceratiti recti*, *aſteriae ſingulae* et *columnares*, *bele*[illegible] et quae ſunt id genus alia; inter conchitas [illegible]

hyſterolithus ſiliceus et *conchites anomius*, ab aliis *concha triloba* appellatus, notatu digna videntur, quem poſteriorem tamen non ad conchas, ſed ad cruſtacea animalia ignota adhuc pertinere et forſan inferiorem partem animalculi petrefacti ab Anglis *Dudley-ſtone** nominati eſſe coniicere nobis liceat. *Echinitas* quoque et *mammillares* et *fibulares* et *faſtigiatos* reperiit Cl. Auctor, echinorumque varias in lapideam maſſam mutatas particulas. *Encrinum* addit prope *Ophauſen* effoſſum, rariſſime tamen hocce petrefactum in agris Halenſibus occurrere monet. Ex *Enthomolitorum* genere commemorat *carabi aurati thoracem cum elytris* in ſtalactite contentum, prope *Rothenburg* repertum. *Ichtyolithos* in ſchiſto exhibet copioſe comitatus Mansfeldicus, in marmore vero expreſſae piſcium imagines inueniuntur circa *Eſperſtaedt*. *Gloſſopetras* diuerſimode figuratos aliosque piſcium dentes circa *Ophauſen* et *Querfurt* occurrere monet. Refert ad *ornitholithos* petrefactum nidi auium in topho fuſco prope *Beichlitz* et *Zabenſtaedt*, quod tamen incruſtatis tantum non petrefactis annumerandum eſt. *Animalium quadrupedum* dentes et oſſa ſatis copioſe circa *Querfurt*, *Openhauſen*, *Eſperſtaedt* in petream maſſam mutata occurrunt. *Phytolithorum* omne genus lithantracibus vel tophis immixtum offert regio Halenſis in variis locis, et verum *lithoxylum* prope *Weſenitz*, *Dieskau*, *Querfurt*, *Halam* inuenitur interdum ſiliceum interdum cotaceum. Ex graptolithorum genere dendrites varii reperiuntur, quorum ea potiſſimum notari meretur ſpecies, quae in ſylua prope *Saltzmünder* inuenta fuit marmorea, coloris pallide flaueſcentis, arbuſculis nigris non ſuperficialibus ſed ſecundum omnem lapidis dimenſionem percurrentibus inſignita; ſtellis etiam ac punctis informibus picti lapides

* vid. Tranſact. Philoſoph. Vol. XLVI ad 1750 No. 496 pag. 598.

occurrunt. Tertius ordo terras recenſet, quarum varias adfert Cl. Auctor ad margas, ochras, cretas, argillas, arenas et humum pertinentes.

In adiecta tandem appendice deſcribit Cl. Auctor cretae cuiusdam rariorem ſpeciem. Terra haec calcarea ex zoophytorum teſtis comminutis orta in aggere piſcinae prope pagum *Nietleben* effoditur. Rudior alia, alia ſubtilior eius deprehenditur varietas. Vtraque conſtat particulis *farinaceo-aceroſis* non cohaerentibus, impalpabilibus, albis, inquinantibus, figurae, ſi obiter ſpectentur, inordinatae; leuiſſima eſt, aquae innatans, cum acidis efferueſcit et in iis ſoluitur. Lente vitrea viſa ſiſtit haec terra particulas difformes ex diffractis teſtaceis ortas, quae multiplicis generis eſſe videntur, aliae enim cochlearum lacuſtrium, aliae tubulorum ſimplicium, denique formium aliae exuuias oſtendunt *. Adſunt quoque in hac terra corpuſcula minima, oui figuram referentia oblique ſtriata, quae in figura addita illuſtrat, et auctoritate b. ROESELII aſſerit eſſe peculiarem vermiculorum aquaticorum ſpeciem hucusque vere incognitam.

* Terram huic fere analogam in pago, Lipſiae vicino *Störmenthal* dicto, magna ſatis in copia inueni, quae innumeras comminutas teſtas continet, et ob inde ortam calcaream indolem ad agrorum fertilitatem augendam adhibetur, margaeque nomine ab oeconomicarum rerum peritis appellatur.

XI.

Abhandlung von der Verwandſchaft und Aehnlichkeit der electriſchen Kraft mit den erſchrecklichen Lufterſcheinungen entworfen von IOHANN FRIEDRICH HARTMANN 16 *B*. *in* 8. *nebſt* 1 *Kupfertafel, Hanover* 1759.

h. e.

Tractatio de ſimilitudine, quae inter vim electricam et meteora, ab igne et luce pendentia, deprehenditur auctore IOH. FRID. HARTMANN.

Ornauit hunc libellum Cl. KAESTNERVS praefatione, qua docet, quod, quos committere ſolent phyſici in eruendis naturae rebus, ſaepe viam ad veritatem errores aperuerint. Hanc praefationem excipit altera, ab ipſo Auctore conſtructa, vbi et inſtituti rationem declarat, et res, de quibus in libro ſuo exponit, generatim indicat. Tractationem quod attinet, tribus potiſſimum partibus continetur, praemonitis quibusdam, parte hiſtorica de experimentis electricis libero aere inſtitutis, et phyſica, qua accuratiorem effectuum cauſſarumque, ad hanc electricitatem pertinentium, tradit explicationem nouem capitibus, 1. de materia electrica, quae nubibus fulmineis ineſt, 2. de fulgure eiusque variis formis atque figuris, 3. de apparitionibus electricis, quae turribus nauibusque obſeruantur, 4. de fulguris effectu, 5. de illis fulgurum generibus, quae ſupra infraque terram incenduntur, 6. de tonitru eiusque natura in genere, 7. de reſonantia tonitruum, 8. de reſonantium tonitruum effectibus, 9. de reliquis meteoris ab igne et luce pendentibus, quibus electrica indoles competit.

Non dubitamus gratiſſimum fore, ſi, quae Cl. Auctor ſincero veritatis ſtudio et modeſta ſentiendo libertate propoſuit, cum lectore communicamus.

Cl. BENIAMIN FRANKLINVS primus fuit, qui materiam fulmineam, in terrae atmoſphaera natantem, eandem eſſe reperit cum electrica materia, vt videre eſt ex litteris, ab eo Philadelphiae ſcriptis et ad COLLINSONIVM miſſis; id, quod experimentis etiam mirifice comprobatum eſt. Poſtea eodem ſucceſſu hoc experimentum repetitum fuit in Gallia an. 1752 cum virga ferrea placentae piceae inſiſtente; deinde ab aliis quoque primis MONNIERO, NOLLETTO, WINKLERO, BOSE, LVDOLFO, VERRATO, RICHMANNO etc. quare non eſt, vt quis dubitet, vtrum electricitatis beneficio explicari debeant meteora ignea, nec ne.

p. 39. Inueſtigandum modo eſt, adſitne materia electrica in atmoſphaera telluris tanta copia, quanta ad efficiendum fulgur requiratur? Deinde, quo pacto fieri poſſit, vt materia electrica in aëre, velut alia corpora in materia electricitatem non propagante poſita, excitetur? Denique, qua ratione electricae

p. 44. materiae motus perfricando poſſit elici? Ex phaenomenis fulmineae tempeſtatis perſpicuum eſt, nubes, et tonitrua et fulgur producentes eadem materia contineri, quam adeſſe cognoſcimus in electricitate arte facta. Sunt vero eiusmodi nubes duplicis generis, aliae per ſe electricae, aliae non item

p. 46. electricae. Nubes per ſe electricae vapores complectuntur ad ignem electricum producendum idoneos, quique vel e terra vel mari euehuntur. Eiusmodi vapores aeri, tanquam corpori idio-electrico immiſcentur, hinc impeditur, quo minus electricitas diſpergatur. Vt aliis corporibus non electricis communicari poſſit haec electrica vis, aqueis vapo-

vaporibus in aëre ſuſpenſis opus eſt. Ignis electricus et vulgaris cum vaporibus aqueis coniunctus efficit, vt aër, per eos diſtributus, ſe expandat et in ſublime properet. Particulae aquae ſe inuicem attrahunt, dum aëreae ſe repellunt. Si vaporum p. 52.
aqueorum vis attrahens maior eſt vi repellente particularum aëris, humores confluunt et guttatim in terram delabuntur. Quodſi aër multis humoribus igneque electrico foecundus eſt, vno ictu ignis e nube prorumpit, efficitque fulmen cum ſonitu et ſtrepitu coniunctum. Hinc intelligitur, cur fulgur et tonitru eo loco, vbi plures adſunt montes, oriatur, quod ideo fit, quoniam nubes foecundae ad montes appulſae non modo humores ſuos dimittunt, ſed montes quoque ex ea, quae primum accedit, et ſimiliter ex altera, tertia etc. ignem electricum vaporum conflictu eliciunt; hinc fulgur, tonitrua et pluuia. Iam nubes ob pluuiam amittit ex parte corpora non electrica, remanente tamen aëre, qui ab alio aëre et ſimul a nubibus aqueis aliisque corporibus non electricis circumdatus vel cum his vel cum aliis rebus eminentioribus v. c. montibus, arboribus etc. electricam vim communicat, quare iterum fulgurat. Sed non ita neceſſarii ſunt montes, vt ſine eis nec fulgur neque tonitru exiſtere poſſit, nam iis quoque locis, quae ad planitiem expanſa ſunt, experientia docente, obſeruantur. Electrica enim nubes alteri, quae electrica non eſt, obuiam veniens ignem tradit, atque ambae aquam dimittunt et fulgur et tonitru excitant. Saepe p. 53.
fulminea tempeſtate pluribus locis ſimul fulgurat, quod ſi contingit, plures nubes electricae ad alias non electricas appelluntur. Quae res quidem nemini mira eſſe vix poteſt, quoniam ſimile quid experimentis iam cognoſcitur, inprimis eo, quod a Cl. MVSSCHENBROEKIO nomen habet, cuiusque rationem et modum inſtituendi Cl. WINKLERVS

tertia

tertia parte tentaminum electricorum memoriae prodidit. At, cum hoc experimento, ea lege, qua praescriptum est, instituto, facile accidere posse, quo minus exoptato euentu succedat, aliud mente excogitauit Cl. Auctor quod ita se habet: sumsit quadraginta globos trilibrales ferreos, qui ad tormenta bellica, vt appellant, instruenda, adhibentur, eosque posuit in orificiis calicum vinariorum ex vitro paratorum. Hos calices in tabula lignea satis eleuata ita statuit, vt vnus ab altero eodem, iusto tamen, interuallo distaret. Cum primo globo ex ferro confecto, vt iam monuimus, connexus erat globus aeneus intus cauus, cuius dimetiens trium digit. fuit, huic affixa erat catenula ex filis orichalceis connexa, tum experimenti Muschenbroekiani ope nouem lagenis adhibitis et huic sphaerae aeneae et reliquis globis ferreis electricam vim communicauit. Extremum quoque globum ferreum copulauit, cum eiusmodi globo aeneo intus cauo, qui in diametro sex digitos habebat, vna cum catena ad nornam erecta. Quibus rite ordinatis electricam materiam more consueto excitauit, et non sine admiratione percepit aridum sonum atque fragorem continentem, totque scintillas fridentes vidit, quot globi aderant; luminis vero apparitiones ordinem calicum sequebantur, maxima tamen celeritate. Cum haec omnia ex voto succederent, calices vitreos vna cum globis ferreis ad modum sinuosorum et anfractuosorum ductuum statuit in tabula aliqua, quae ope trochleae et elevari et deprimi ad lubitum poterat. Excitata materia electrica, vt ante, vidit eiectas cum crepitu scintillas sequi eosdem ductus anfractuosos et sinuosos, quae in fulmine incenso apparere solent. Postea loco globorum ferreorum sumsit oua gallinacea satis magna, vbi praeter scintillas fragrantes, quas emittebant haec oua in vniuersum omnis,

tanquam

tanquam ignea et egregie ſplendentia, non ſine iucundo ſpectaculo, conſpiciebantur. Decem vel duodecim globis ferreis vel ouis idem experimentum repetiit exoptato ſemper euentu et cum effectu.

Aeſtatis tempore fulmineae tempeſtates longe p. 63.
frequentiores ſunt atque vehementiores, quam alio tempore, nam calore ſolis aer maxima velocitate in amplum ſpatium diffunditur, et cum paullulum calor ceſſet, denuo comprimitur; quod cum haud ſine aëris particularum frictione fieri poſſit, aër vero ad corpora per ſe electrica pertineat, neceſſe eſt, vt tali frictione fluidum, quod complectitur aër, electricum excitetur. Adſunt quoque aeſtatis tempore eiusmodi vapores electrici maiori copia.

Fulguris forma et figura varia eſt, mox curua et p. 70.
vnduloſa, mox falcata; ſaepe ſinuoſos ſequitur ductus. Interdum accidit, vt ſerpentinae lineae aſſimiletur; ſaepe quaquauerſum ſe expandit; quae quidem fulguris apparitiones omnes pendent a copia, ordine et ſitu nubium cum per ſe electricarum, tum non electricarum. Ad loca editiora eminen- p. 80.
tioraque nubes fulmineae ſaepe appelluntur, hinc fit, vt a fulmine libera non ſint. Quam ob rem periculoſum eſt tempeſtatis fulmineae tempore a pluuia aliisque incommodis ſub arborum elatiorum frondibus ſe liberare velle. Fulgur in plano ingreditur veſtem pluuia madefactam, ſi vero ſicca eſt, in corpus; glis enim aqua imbutus ope experimenti muſchenbroekiani enecari non potuit. Vehementia et poteſtas fulguris a duabus pendet cauſſis, primum a corporibus partim electricis partim non electricis, ſatis tamen magnis; deinde ab intervallo horum corporum, nam quo maius hoc eſt, eo efficacius et craſſius, producitur fulmen.

Interdum flammula aliqua in acuminatis rebus p. 91.
conſpicua eſt, vt in virgis ferreis ex aedium acumine erectis, in turribus et malis aut funibus nauium;

quod

quod ideo fit, quia cuſpides corporum metallicae ita comparatae ſunt, vt electricam materiam attrahant, colligant lumenque electricum efficiant. Fulmen varia corpora diſcutit et confringit hac ratione: electricae nubes quando ad alias non electricas, vel ad res in ſublimi poſitas accedunt, non modo fulmen generant, ſed percutiuntur etiam, atque corpora quibus communicata eſt electricitas, terebrantur. Quandoque fulmen corpora rariora, ſi contigua adfuerint denſiora, ſine noxa tranſit;

p. 121. quae res, cum magnam affinitatem habeat cum electricis tentaminibus, ita ad electricam rationem commode exigi poterit. Nam partes illorum corporum, vbi electricum fulmen oritur, motu ita excitantur, vt tanto maiori impetu id fiat, quanto vehementius exiſtat fulmen. Rariora vero corpora fulmine non afficiuntur, ex eadem cauſſa, qua glans plumbea tenui papyro firmiter obducta ad candelam admota liqueſcere incipit, illaeſa tamen papyro. Atque mollium corporum partes non ita mouentur, caleſiunt et reſiſtunt, quam illae, ex quibus metalla conſtant. Porro ſcintilla electrica, quae in metallum irrumpit, continet materiam ad metallum pertinentem, quod itaque funditur, dum haec materia exquiſite ſoluta incredibili celeritate regreditur, metallumque integre penetrat, particulas ſolvit et diſiungit. Contra electricae partes corporum metallum ambientium v. g. corii, ligni, papyri, quamquam ſolutae et diffuſae, tamen non ita tenues et ſubtiles ſunt, vt regrediendo in ſuum corpus partium cohaeſionem diſſoluere valeant.

p. 129. Inprimis ſunt iſta fulmina admiratione digna, quae homines et animantia reliqua vno temporis articulo ſine vlla in corpore nota conſpicua enecant. Huius rei plures quidem poſſunt eſſe cauſſae, quarum praecipua tamen eadem eſt, quae in electriſato corpore conquaſſationem efficit, quippe electrica materia,

materia, cum ſcintilla edita ſit, emanat contrario ſenſu atque effluuia ſibi occurrunt. Iam, cum cauſſae haec effluuia mouentes pares ſint et aequales, ſequitur, vt haec effluuia ſibi obuiam venientia aequali tempore aequale ſpatium deſcribant et occurſus in pectoris medio fieri debeat. Hinc mirum non eſt, ſi in ea corporis parte, quae valde tenuis eſt, et ſubtiliter fabricata, pulmones puta, eiusmodi perniciales effectus exiſtant.

An terrae motus omnes electricitatis beneficio poſſint explicari, magna quidem eſt quaeſtio, placet tamen Cl. Auctori rationem et cauſſas in ea quaerere; quare, ad confirmandam rem primo, quae terrae motum antecedunt enarrat, deinde phaenomena tradit cum ipſo terrae motu coniuncta et copulata. p. 148.

Fulmina interdum in ipſa terrae ſuperficie naſci videntur, huius phaenomeni cauſſa haec eſſe poteſt: Eo tempore, quo fulminat, adſint nubes fulmineae neceſſe eſt, nunquam enim exiſtit et inflammatio et fragor in ipſa terrae ſuperficie, niſi eiusmodi nubes e vertice appareant. Ergo ſine omni dubitatione fulmen eiusmodi loca in terra appetit, vbi nutrimentum aliquod capere poſſit. Quanquam fulgur non ſemper coniunctum eſſe ſolet fragore aliquo atque tonitru, tamen cauſſa eſt fragoris, vbi ſaepe fit, vt materia coarctata, compreſſa et ab electrico fulmine incenſa ex atmoſphaera in terram labatur, quam Cerauneum vel lapidem fulminarem, vulgo appellant. Sunt et alii quidem lapides v. c. Lyncis, Belemnitae, Lyncurii etc. qui fulmini tanquam cauſſae attribuantur, ſed fabulis adnumeranda res eſt. Quidam ceraunei ſeu lapides fulminantes ad ſcorias pertinent, quae tum, cum fulmen res tangit et fundit, in eis efficiuntur. Fragores vel ſimplices ſunt, vel multiplices et repetiti. Simplices vna cum fulgure et oriuntur et deſinunt, ſimilesque ſunt eis, quos tormenta bellica excitare ſolent; p. 154. p. 193.

ſolent; raro tamen audiuntur. Tonitru ex tot ſonis compoſitum eſt, quot fulgura ſe inuicem excipiunt, eademque celeritate vnus ſonus alterum ſequitur, qua fulmen vnum alterum producit. Itaque vehementer falluntur, qui ſibi perſuadent, durationem fragoris omnem a montibus circumiectis eſſe deriuandam; quodſi verum eſſet, ſequeretur, omne tonitru, ex vno et ſimplici ſono conſiſtere, totque montes requiri, quot reſonantes fragores perciperentur, quanquam negari non poteſt, quod, qui in vallibus reſonant fragores,
p. 216. ſatis bene tonitrui ſonum imitentur. Inſignis quidem eſt fragor ille, qui fulminea tempeſtate auditur, eumque longe ſuperat, quem per electricitatem excitamus, ſed mira res non eſt, nam ſi electrici radii arte producti dimetiens eſt vnius lineae, erit fulguris diameter ex eadem ratione trium pedum, itaque motus fulmineae materiae erit ad motum electricae materiae artificialis, vt 27000000 ad 1. Interdum fulminat, cum coelum ſudum et ſerenum ſit, nullo fragore percepto, cuius phoenomeni ratio haec reddi poteſt; etiamſi coelum ſerenum appareat, tamen multum aquae in aere ſuſpenſum haeret, quod cognoſcitur ex eo, quoniam non nunquam pluere ſolet nullis adparentibus nubibus, ergo adſint neceſſe eſt in atmoſphaera humores aliique vapores inconſpicui quidem, tamen ad fulgur generandum idonei. Illi igitur vapores aeri innatantes, qui electricam vim habent, dum alia non electricis obuiam veniunt efficiunt, vt eius-
p. 230. modi fulgura ſine fragore oriantur. Cum his fulguribus conueniunt quoque alia meteora ab igne et luce pendentia, veluti ignis ſ. draco volans, ſtellaeque cadentes. Vapores enim inflammabiles ſimili ratione vt puluis pyrius, ſpiritus vini, quinta eſſentia vegetabilis etc. electrico igne accenduntur. Atque magnam etiam affinitatem habet bolus vel globus

globus ardens rapidiſſime per aërem delatus cum cono illo lucido in pertica quadam apparente, quem Cl. VERRATVS, MATERVCCIVS et BORELLVS, Bononiae in obſeruatorio viderunt fulmineo tempore. Sunt eiusmodi globi vel tantum lucentes ardentesque, vel lucentes et cum fragore diſſilientes. Supereſt aurora borealis, qua in explicanda naturae indagatores valdopere inter ſe diſcrepant. Cl. Auctor vt hactenus plurima meteora ignea declarauit ex electricitate, ita omnem operam nauat, vt hanc borealem lucem ad electricam rationem exigat. Duas inprimis cauſſas huius phaenomeni eſſe ſtatuit, alteram materiam quandam phoſphoraſcentem, quam appellant, vnde tremores vaporum inflammatorum originem caperent; alteram deinde electricam quandam materiam, ex qua fulmina illa et fulgura eſſent deriuanda. Adeſſe autem talem materiam electricam, colligit Cl. Auctor partim ex inflammationis indole, quae vno tantum ictu, vt in fulgure adſpectabilis eſt, et euaneſcit; partim ex eo, quia lumen boreale aequinoctiorum tempore inprimis, aequinoctio autumnali frequentiſſime, conſpicitur, quo vapores ad fulmineam materiam generandam idonei maxima copia e terra vehuntur.

XII.

De Lucenſium thermarum ſale tractatus Auctore IOSEPHO BENVENVTO, Ph. ac Med. Doct. Societat. Imperial. Germ. ac Reg. Goetting. Collega. Lucae 1758. Excudebat Ioſeph Salani, 8. pl. 3 ſine praefat.

Quum, referente Cl. Auctore, nullus ſcriptorum, qui Lucenſes thermas expoſuerunt, huius ſalis naturam ac indolem ſcrutatus eſſet, Cl. BENVE-

p. 2. NVTVS, hunc ipſe in ſe ſuſcepit laborem. Docet igitur primo modum, quo hic ſal paratur atque coquitur: quod fit, ſi aeſtiua tempeſtate radiis ſolaribus, hiemali vero leuiſſimo igni aqua thermalis exponitur, et quando cuticula in huius ſuperficie adparet, in locum frigidum collocatur, et cryſtallorum expectatur ortus. Ex libris decem aquarum balnei calidi (*vulgo del d'occione*), hac vſus methodo, ſcrupulos nouem cum ſeptendecim granis ſalis accepit. Reliqui adiacentes fontes, quos Cl. Auctor omnes nominat, plus vel minus eiusmodi ſalis buere ſalis. Sal autem tali modo paratus non purus, ſed cum quadam adhuc mixtus eſt terra, cuius naturam potius *lapidoſam*, quam *bolarem*, *argillaſam*, vel *calcariam* dicit: poſcit enim, vt calcaria terra mercurii ſublimati ſolutionem flauo colore imbuat, quod cum illa terra minime accidit. Et
p. 7. ſic de ceteris qualitatibus. Rectius igitur illum margae albae, vel agarico minerali adnumerari aſſumat: id quod ex nonnullis illi adhaerentibus pro-
p. 11. prietatibus probare conatur. Separata deinde ea terra a ſale in praedicta ſalis quantitate ex aqua balnei calidi acquiſita, reperit illius terrae ſcrupulum duo grana, reliquam vero partem ſalem purum
p. 15. fuiſſe ſuſpicatur. Idem cum ceteris, ex reliquis fontibus remanentibus mixturis fecit, et varianter proportionem terrae et ſalis inuenit. Progreditur ad ſalis examen; hunc cum ſpiritu vitrioli permiſcet, et leuem obſeruat effergueſcentiam, quae in permiſtione cum oleo tartari prorſus abeſt, lacteus enim color tunc animaduertitur. Plumbi ac argenti tincturae cum ſpiritu nitri paratae, ſale iſto ſaturatae, albeſcunt. Crucibulo hic ſal inditus et igni vehementiſſimo per bihorium expoſitus, neque, quod mirum, fuſus fuit, neque in calcem aut vitrum mutatus. Sal vero ſic coctus ac toſtus et in aqua rurſum ſolutus, elegantiſſimas

exhibet

exhibet cryſtallos, quae tamen non diu durant, ſed in puluerem faceſſunt. Ex his Cl. Auctor conclu- p. 21.
dit, ſalem, e thermis Lucenſibus coctum, medium vocari poſſe, atque a ceteris ſalibus, qui e celebrioribus thermis parantur, non differre. Et quamuis, dum ſupra memorata experimenta, quibus indoles neutra huius ſalis euincitur, inſtituerentur, interdum indicia ſalis alcalini exhiberet, e mediorum claſſe ideo non excludendum eſſe, quia hoc propterea eueniret, quod alcalinae moleculae minus cum acidis cohaererent. Expoſita ſalis natura ad eius- p. 23.
dem effectus in corpus humanum tranſit. Qui igitur ab aliis ſalibus neutris praedicantur, hos merito expectat a ſuo ſale Cl. Auctor. Laudat illum imprimis in morborum curatione, qui a viſcidorum crudorumque humorum in ventriculo ac primis viis haerentium ſaburra proficiſcuntur; porro in obſtructionibus et viſcerum infarctu, vbi praeſertim ſolida roborare neceſſe ſit. Incipientem etiam hydropem hunc ſalem curare obſeruauit, vbi ſcilicet lymphatica vaſa nondum diſrupta erant. Conducit p. 29.
quoque nephriticis affectionibus, reliquisque morbis, qui vrinae meatus affligunt, praecipue quum a viſcidis tenacibusque humoribus, arenulis et calculis ortum ducunt. Hac occaſione aliquot pericula circa calculorum diſſolutionem facta recenſet, quo magis virtus ſoluendi calculos ex hiſce cognoſceretur. Enarratis cum calculi fruſtulis factis experimentis, quae cum illis a Cl. SPRINGSFELD cum aqua thermarum Carolinarum inſtitutis, et a nobis* recenſitis, multum conueniunt, inde colligit, ſalem Lucenſem in aquis rurſus ſolutum, omnino diſſoluere calculos, hinc in calculo affectis multum eſſe effecturum, praeſertim ſi aqua thermalis ſyringae ope ſimul in veſicam iniiceretur. Plures adhuc morbos refert Cl. Auctor, quibus ille ſal

* vid. Comment. noſtr. Vol. V. P. III. p. 541.

medetur, quare et aquas huius salis addition
stimulare, earumque vim pro morborum condicio
augere suadet. Verum enim vero non sal solum
sed etiam terrae, qua cum sal permistus est, singu
lares attribuit effectus. Inter quos primum sun
solidorum debilitati mederi, acidum absorbere, e
p. 41. humorum acrimoniam demulcere. Non ignor
Cl. Auctor plurimos scriptores terreis rem
tantum facultatem aciditatem corrigendi in pri
viis concedere, et illa ad sanguinem per vas ab
deferri negare. Sed his opponit Cl. HAMB
GERI ratiocinia, quibus contrariam sententiam
Dissert. *de modo agendi terreorum*, stabilire
est: sed et ad Cl. FLORIDI de PLVMBI
rientias, qui in Dissertat. *de Font. Nucerinis*
vit, se neque in ventriculis, neque intestin
mantium, postqam terram illam Nucerianam
tiissent, nihil eiusmodi terrae reperisse. Ad
tandem exemplum matronae, inueterato
vterino laborantis, quae quatuor vnciis huius
rae sensim deglutitis perfecte sanata fuit.

Prodiit etiam libellus de sale thermarum Luc
sium patrio idiomate a Cl. Auctore conscrip
et accessit epistola ad Doctorem AGOST
Praepositum Templi Cathedralis Aglienſis, di
in qua vires medicae diuersorum fontium Luc
in variis morbis breuiter indicantur, et Cl.
DVCCINI et ZANTEGVRI, scripta de hi
quae circa initium huius seculi prodierunt, di
cantur.

* Del sale delle aque termali di Lucca Tratt
GIVSEPPE BENVENVTI Dott. di Med. co
vna lettera in cui si descrivano le infermità
quali conuengono le medesime acque, in Lucca 17
8 cum indicibus p. 104.

XIII.

Vermiſchte Schrifften aus der Naturwiſſenſchaft, Chymie und Arzneygelahrheit. Franckfurt an der Oder, bey Siegmund Goebler, 1759. 8. Alph. 1 Bog. 7.

h. c.

Commentationes varii argumenti ad phyſicam, chemiam et artem ſalutarem ſpectantes etc.

Laudandus hic labor eruditus, qui in vſum phyſices, chemiae et medicinae inſumitur, variorum argumentorum, ad dictas ſcientias ſpectantium, collectionem exhibet. Editorem huius diarii Cl. FRIDERICVM CARTHEVSERVM, Med. Doct. eſſe, ex praefatione, eundemque virum in chemia, mineralogia et arte medica praeſtantiſſimum haberi, ex aliis, ab ipſo erudite conſcriptis opuſculis diu iam animaduertimus. Ad ipſius inſtituti rationem, quod attinet, non ſolum elaborationes, vernacula noſtra, ſed et alias alia lingua conſcriptas et in vernaculam translatas, diſſertationes porro Francofurti editas et nonnulla demum ſcripta, nouiſſime edita, ſummum locum in hac collectione obtinere, deprehendimus. Vt itaque lectores noſtri de praeſtantia huius diarii certiores ſint, ſpeciminis loco nonnulla hinc inde decerpere liceat.

In parte prima agitur,

1. *De gradibus affinitatis inter ſales alcalinos fixos nonnullasque alias materies.* p. 6. Doctrinam de affinitate corporum, cuius veſtigia hinc inde apud chemicos, multis abhinc annis claros, deprehendimus, primus omnium Cl. GEOFFROY, vir in arte medica et inprimis chemia et materia medica quondam peri-

tissimus, in systema redegit, tabulam de ea edi-
buit, inque hac ipsa ita rem exposuit, vt vno
intuitu diuersi affinitatis gradus cerni et appre-
di possent. Quemadmodum autem nunquam
inuenta ab initio, vt perfecta statim et abso-
haberi potest, ita etiam et haec de affini-
corporum doctrina comparata esse videt-
Licet enim tabula illa, quam laudatus vir
hibuit, optima suo tempore aestimata fu-
multum tamen augmenti a chemicis, nostro tem-
pore peritissimis, accepit, ita tamen, vt multa
huc supersint, quae forte a posteris addi et emen-
dari poterunt. Praesens commentatiuncula,
ad amplificandam istam doctrinam aliquid con-
fert, affinitatem salis alcalini fixi cum aliis co-
poribus commemorat, quae perfectior est,
illa, quae in tabula, a Cl. GEOFFROY edita, con-
netur. Iste nimirum vir affinitatis gradus
dictum salem et alia corpora ita constituit, vt
acidum vitriolicum, dein nitrosum, porro
salis communis, tum acidum aceti et tandem
se inuicem exciperent. Noster autem, plu-
corporum meminit, quae cum alcalino sale
affinitatem habent. Gradus, quos huius vir
perientia stabiliuit, sequentes sunt: amant
coniunctionem, cum alcalino sale fixo: 1. Ac
salis natiui vrinae. 2. Acidum vitriolicum. 3. Ac
dum nitrosum. 4. Acidum salis communis.
Acidum sulphuris volatile. 6. Acidum aceti
Acidum tartari seu cremor eiusdem. 8. Tandem
sulphur, sal sedatiuus ex borace obtinendus, oleum
aethereum, oleum vnguinosum, antimonium, ar-
nicum, ferrum et cuprum, quae vltima, respectu
septem priorum, debiliorem amicitiam, cum sale
alcalino fixo alunt et a quolibet septem priorum
facili negotio separari suique iuris fieri possunt.
Quamuis autem sal sedatiuus et arsenicum, si cum
nitro

nitro aut ſale communi miſcentur magnoque igne vrgentur, acidum nitroſum et ſalis communis ab alcalino ſale ſeiungant et maiorem inde affinitatis gradum, quam memorata acida, cum ſale fixo habere videantur, hanc tamen anomaliam minime verum, ſed ignis tantum effectum eſſe et definitum proinde gradum affinitatis inter ſalem ſedatiuum aut arſenicum et ſalem alcalinum fixum neutiquam tolli, conſiderate Noſter monet.

2. *De effectibus medicis granorum chermes.* Haec p. 22. grana, quae corporibus regni animalis accenſentur, ex aequali fere portione partium gummoſarum et reſinoſarum conſtant et virtute tonica ſeu leniſſime adſtringente pollent. Quae quidem virtus ita ſe habet, vt textum fibrarum firmando has neque rigidas neque immobiles reddant neque etiam ſecretiones, motus et excretiones humorum impediant, ſed potius promoueant. Multo etiam ſecurius adhibentur, quam alia, quae olea aetherea et partes balſamicas aromaticas in mixtione fouent, quibus autem illa omnino carent. Hinc ea optimo cum ſucceſſu in illis propinantur morbis, qui a debilitate ſeu relaxatione ſolidorum et inprimis neruoſarum ac membranoſarum partium dependent, quorſum v. g. memoriae imbecillitatem, vertiginis quasdam ſpecies, epilepſiam idiopathicam aliasque conuulſiones, hypochondriacum malum, ventriculi debilitatem et haemorrhagias, nullis aliis remediis obedientes, referas. Quod ad vſurpandi modum attinet, grana iſta in ſubſtantia aut ſuccum eorum recentium expreſſum, vel per ſe, vel cum ſyrupis balſamicis et puluеribus exhibere, praeſtat. In liquida forma ſpiritus nitri dulcis, qui ex vna parte ſpiritus nitri fumantis et quindecim aut ſedecim partibus ſpiritus vini rectificatiſſimi paratur, optimum menſtruum hic praebet et remedium dein largitur, cui praeſtantiſſima ineſſe virtus dicitur.

In parte II deprehenduntur,

p. 83. 1. *Meditationes et obſeruationes de liquore nectarii plantarum.* Hic liquor examinatus [illegible] cum melle apum ſimilitudinem oſtendit [illegible] mixtionem easdemque partes conſtituentes, [illegible] in melle reperiuntur, habet. In vtrisque [illegible] principium ſaccharinum cum pinguibus [illegible] mucilaginoſis et aquoſis partibus mixtum eſt, [illegible] tamen, vt in liquore nectarii maior copia aquae [illegible] quam in melle, reperiatur. De caetero experimenta inſtituta eadem phaenomena in hoc liquore, [illegible] in melle, demonſtrant. Quocirca liquorem [illegible] mel natiuum eſſe et in apibus aquoſa parte [illegible] firmiorem et tenaciorem tantum mixtionem [illegible] nere ideoque a melle, reſpectu partium eſſen[illegible] lium, neutiquam differre, colligitur. Sed [illegible] in finem iſte ſuccus plantis datus eſt? Anne [illegible] ſingularem in plantis vſum praeſtat multumque [illegible] promouendum floris incrementum aut ſemi[illegible] fructificationem confert? Plurimi quidem bota[illegible] eorum ſententiae iſti fauent; cum vero Noſter, [illegible] tamina hunc in finem fecerit et nectaria in nap[illegible] dum in flore fuit, ſollicite auulſerit neque vl[illegible] mutationem in floribus et fructificatione obſerva[illegible] rit, iſtum proinde ſuccum, dictam ob rationem, [illegible] conceſſum non eſſe, eundemque potius vt par[illegible] ſecretam, vſui plantarum non deſtinatam, ſed [illegible] vſus hominum aut ad alendas apes a Creatore [illegible] datum eſſe, arbitratur. Quaeritur autem, an [illegible] ſuccus in plantis venenatis venenatam pariter [illegible] lem ſemper habeat, aut eam neceſſario [illegible] oporteat. Id negandum prorſus eſſe, Noſter [illegible] mat, cum plures dentur plantae, quae non in [illegible] bus partibus eandem indolem venenatam oſt[illegible] imo potius ſalutarem exhibeant. Pariter [illegible] quaeſtionem, num plantae nectaria, a petal[illegible] ſtincta, habentes pro venenatis ſemper, [illegible]

LINNAEVS tradit, habendae ſint, negandam eſſe, autumat. Vix enim indoles plantarum ex interiori earum ſtructura detegi poterit, ſiquidem plantae reperiantur, quae quoad ſtructuram maxime conveniunt et multum, ratione effectus a ſe inuicem diſtant. Verum quidem eſt, multas plantas quarum hanc ob rem mentionem fecit Cl. LINNAEVS, venenatas eſſe, nonnullas tamen, quas pariter venenatas cenſuit, ſalutares in corpore effectus praeſtare et multas adeo, nectaria a petalis diſtincta gerentes, innoxias eſſe, obſeruationes et experimenta hinc inde ſatis ſuperque euincunt.

In parte III agitur,

1. *De modo agendi et virtutibus medicis ſalis ſedatiui.* Cum ſic dicto ſali ſedatiuo, ope acidorum ex borace ſeparato, virtus anodyna et antiſpaſmodica a nonnullis hinc inde aſſignata ſit, vera autem eius virtus, ob parcum hactenus vſum, nondum plane conſtet, dignus ea propter iſte ſal cenſetur, qui diſquiratur, quo deinde aſſignatae iſtae vires pateſcant. Cum itaque dictus ſal, vt experimenta probant, in aqua tepida facile ſolubilis ſit, magna inde cum probabilitate colligendum eſt, eum etiam a ſuccis ventriculi et inteſtinorum facile ſolui; hinc a ſale iſto, cum ad ſecundas vias duci facile queat, non adeo magnam aut ſenſibilem in dictis viſceribus mutationem produci, Noſter autumat. Aſt in ſanguinem eum tunc demum agere ex figura eius facile augurari poſſumus. Conſtat nimirum iſte ſal ex cryſtallis teneris aculeatis, quae ab aqua quidem ſoluuntur, ſed non niſi in moleculas ſimilares, id eſt, tales, quae eadem figura, in maioribus conſpicienda, praeditae ſunt, diuiduntur. Quo circa ſal iſte, ob memoratam figuram, craſſum viſcidum et haerentem ſanguinem incidendo reſoluit, quae reſolutio eo magis expectanda foret, cum ſal iſte. p. 163.

per vasa ductus, latera eorum stimulando, ad vim diores contractiones disponat. Inde ergo obstructiones, a viscido atque tenaci sanguine pendentes tolli, atque eo ipso calorem febrium praeter naturalem nec non deliria, poros cutis aperiendo perque hos materiem inflammabilem explicatam eliminando minui ideoque sanguinis circulum placatiorem et aequabiliorem reddi, sequitur. Cumque etiam spasmi dolorifici saepe ab eadem hac causa proueniant, ratio itidem patet, cur dicto sali antispasmodica et sedatiua virtus adscribenda sit. Eandem hanc virtutem aliam etiam ob rationem sali isti tribuendam esse, experimenta iterum probant. Haecce nimirum, sales alcalinos volatiles eo ipso obtundi et in actione sua mutari, ostendunt, vnde colligendum est, quod, si dolor ab acrimonia alcalina volatili, vt fieri saepe solet, dependeat, sal ille acrimoniam istam obtundendo dolorem tollat insimulque, ob eandem etiam rationem, sales nimirum alcalinos volatiles inuoluendo, sal iste in febribus malignis optimo cum successu exhiberi possit. Sub forma pulueris aut, quia facile ab aqua soluitur, in potionibus ad scrupulum vnum tum eum exhiberi, vel etiam in morbis, absque febre, in spiritu vini solutum ad guttas 50 vel 60 propinari, vtilis haec commentatio suadet.

p. 182. 2) *De ligno bituminoso circa Francofurtum ad Viadrum effosso.* Hoc lignum in fodina, vbi lithantraces effodiuntur, in magnis frustis repertum est, cuius textura, secundum longitudinem fibrosa est et cum ea conuenit, quae in quercino aut abietino ligno animaduertitur. In nonnullis frustis cortex adhuc conspicitur. Color eius ex nigro fuscus est, inque superficie hinc indè peregrinum quid adhaeret. A lithantracibus pondere discernitur, quippe quod in illis maius esse solet. Igni admotum lignum flammam facile concipit et in

cineres

cineres teneros ex rubro flauos ſenſim reducitur. Fumus, qui ex accenſo exit, ingratum bituminoſum, vt lithantrax, ſpargit odorem, cum quo ligni inſimul accenſi odor mixtus eſt, qui eo inſuper manifeſtatur, quod oculos irritet et lachrymas alliciat. Hoc lignum verae vegetabilis proſapiae et violentis cauſis, inundatione v. g. eo delatum eſſe optima cum probabilitate ex dictis notis characteriſticis coniiciendum eſt.

3) *Obſeruationes de terra oleis immixta.* Terram p. 191. copioſam in oleis vegetabilibus et mineralibus contineri, varia phaenomena oſtendunt; ipſam autem hanc terram indolis calcareae eſſe, experimenta cum hac ipſa et oleo vitrioli inſtituta confirmant. Si namque oleum terebinthinae cum oleo vitrioli miſcetur et digeritur, poſthac aqua affunditur et euaporatur laborque, hic aliquoties repetitur, materies ſpiculis, argenteo nitore ſplendentibus conſtans, obtinetur, quae terram ſeleniticam aut compoſitum gypſeum ſiſtit. Quodſi nunc materies iſta cum lixiuio alcalino miſcetur, acidum materiem iſtam relinquit et lixiuio ſe aſſociat, et terra calcaria fundum petit. Inde terram hanc vere calcariam eſſe colligitur, cum notum ſit, quod terra quaeuis, quae ope acidi vitriolici in gypſum mutatur, calcareae indolis ſit.

5) *De corporibus inflammabilibus regni mineralis.* p. 216. Omnia corpora inflammabilia, quae regnum minerale hactenus ſuppeditauit, ad duas tantum claſſes, ad bitumina nimirum et ſulphura retulerunt. Hic autem trium corporum mentio facta eſt, quae neque ad hanc, neque ad illam claſſem referri poterunt, ideoque peculiares claſſes conſtituere videntur. Primum corpus ſingulare ſiſtit illa materies, quae in Fionia anno 1736 et 1740 ex mari extracta eſt. Dicta materies, ſeuo ſimilis, aquae innatat

inque

inque oleo amygdalarum calido et ebullienti ſpiritu vini tartariſato ſoluitur, tenaci aliqua portione relicta. A bitumine iſta et ſulphure in eo differt, quod accenſa alium, ac illa, ſpargit odorem et poſt deflagrationem, materiem ex nigro fuſcam, nec inflammabilem, nec fundendam relinquat. Hinc ſingulare corpus, ſeui mineralis nomine inſignendum, eſſe dicitur. Alterum corpus exhibet bolum iſtud natiuum, de monte Benna ſeu Benas in Perſia manans, cuius Cl. KAEMPFERVS meminit. Hoc nigrum, viſcidum, inodorum inſipidumque eſt, in aqua facile ſoluitur et in deſtillatione praeter phlegma et ſpiritum, ſub forma vaporis conſpiciendum, oleum demum craſſum, nigrum, inodorum et acre largitur, quo inprimis et, quod quoque in aqua ſolubilis ſit, a bitumine et ſulphure differt. Tertium demum corpus inflammabile iſtud, argillae immixtum et ope lixiuii alcalini inde ſeparatum, principium eſt, quod a ſulphure in eo diſcrepat, quod foetido illo odore, quem ſulphur in alcali ſolutum habet, careat; a bitumine autem, quod cum nitro mixtum et deflagratum bituminis nihil quidquam exhibeat.

In parte IV. occurrit

p. 243. 1) *Diſquiſitio, num coloratae terrae bolares acidum vitriolicum contineant?* Licet plurimi hactenus in dictis terris acidum vitriolicum aſſumſerint, Auctor tamen anonymus ob experimenta quaedam hanc ob cauſam inſtituta, ſententiae iſti non ſuit. Cum enim dictae terrae deſtillatione et decoctione cum aqua nullum acidi veſtigium praebuerint, neque etiam, cum lixiuio alcalino coctae aut cum ſiccis ſalibus alcalinis mixtae et per aliquot tempus in crucibulo ignitae, poſtmodum elixiuatae tartarum vitriolatum exhibuerint, acidum proinde vitriolicum in dictis terris prorſus non deprehendi colligitur.

2) *Ma-*

2) *Meditationes de ſale quodam medii.* Si quando liquor iſte acidus, in deſtillatione ſpiritus nitri dulcis remanens, cum lixiuio, ex ſoda parato, ad ſaturationem vſque miſcetur, filtratur et euaporatur, tenerae octaedrae obtinentur cryſtalli, nudo oculo vix deſcernendae. Hae, prunis iniectae, diſſiliunt quidem, ſed non ſcintillant, et in oleo vitrioli absque vlla efferueſcentia, ſpuma tantum oborta, ſoluuntur, ſapore, vt tartarus vitriolatus, amaro gaudent, ſed hoc ipſo facilius citiusue in aqua ſoluuntur. Salem hunc, absque vllo dubio, virtute reſoluente, aperiente et refrigerante praeditum, tartaro vitriolato aut arcano duplicato ſubſtituendum aut, ob ſolubilitatem, anteponendum eſſe, huius commentationis Auctor arbitratur. p. 254.

3) *Commentatio phyſica et anatomica, cur hepar in infante pro proportione maius eſſe ſoleat, quam in adulto.* Auctore Cl. HARNISCH. Voluminis iſtius cauſae ſequentes adducuntur: In hepar nimirum infantis et inprimis foetus plura, quam in adulto inſeruntur vaſa, inde fit, vt maior etiam ſanguinis copia eo deferatur. Cum autem hepar in infantibus maxime ſpongioſum ſit facileque extendi queat, non poteſt inde fieri, quin maius iſtud adipiſcatur volumen. Cum deinde craſſus ſanguis adferatur, isque facile haerere poſſit, natura ea propter id praecauit et haepar ſpongioſius et amplius infantibus dedit, quo ſanguis facilius circumduceretur. Cum denique ventriculus ad perficiendam coctionem impuritatumque ſeparationem calore indigeat, eoque etiam ad promouendum ſanguinis circuitum lieni opus ſit, tantum ea propter hepati volumen datum eſt, quo ventriculus et lien obtegi et calefieri poſſint. His itaque perpenſis mirum non eſt, cur hepar maius in infante, quam in adulto reperiatur et quam ob rem, ceſſantibus iisdem cauſis, hepatis volumen in adulto poſthac deſcreſcat. p. 262.

In

In parte V continetur.

P. 333. 2) *Inueſtigatio medico-practica, vnde ortum ducant variolae et quaenam earum ſit medendi methodus*, Auctore eodem. Ortum huius morbi latere et in miaſmate quodam nobis incognito, quod veteres τὸ θεῖον τὶ vocarunt, conſiſtere, huius vero naturam ſubtilis ſalinae acidae et ſulphureae indolis eſſe, ex phaenomenis et effectibus patere Noſter putat. Quod ad curationem pertinet, eos primo tarat, qui calorem metuentes, hunc ſtatim ab initio remediis refrigerantibus et acidis compeſcunt. Tali enim modo variolarum eruptionem impediri et viſcida tenaceſve ſeroſi et lymphatici humoris partes viſcidiores reddi, oſtendit. Reiicit deinde illam methodum, quae in euacuatione aluina, quorſum omnia purgantia et clyſmata referuntur, conſiſtit. Conſtructionem enim aluinam, tolerandam omnino, in hocce morbo plus prodeſſe, quam diarrhoeam et inprimis effici, quo minus retrogrediantur variolae, purgantibus autem et clyſmatibus regreſſum saepe accelerari haecque ideo non niſi tempore deſquamationis exhibenda eſſe, arbitratur. Qui tandem calidioribus et ſſentiis alexipharmacis variolas tractant, hacque methodo miaſma expellere tentant, hos ipſos valde etiam peccare, aſſerit. Cum itaque ipſa natura miaſma iſtud a peripheria ad centrum ducat et viam quaſi oſtendat, hanc ideo deſerendam non eſſe, exiſtimat. Vt itaque ſcopus iſte obtineatur, Noſter ea propter talia exhibet, quibus quidem materies expellatur, neque tamen calor, neque putredo adaugeantur. A primo nimirum ſtadio ad tempus ſuppurationis vſque antimonium diaphoreticum, cornu cerui praeparatum, vel in puluere, vel in aquis deſtillatis exhibet, et, quo maturatio perfectior obtineatur, mixturam inſuper ex herba ſcordii, cardui benedicti, betonicae, radice liquiritiae,

violae

violae et foeniculi, cum ſpiritu vini paratam praebet, tempore autem deſquamationis lenia euacuantia, ſanguinemque depurantia vſurpat, hacque methodo complures varioloſos reſtitutos eſſe, perhibet.

In parte VI reperiuntur.

1. *Annotationes de interno olei vitrioli vſu in medicina.* Licet concentratiſſimum iſtud acidum, cum aqua copioſa dilutum, multis hactenus ad curandos morbos in vſu fuerit, id tamen ob rodentiſſimas particulas, aqua nequaquam delendas, ſuſpectum haberi debet. Verum enim inter duo iſta liquida coniunctionem non eſſe, ſed meram tantum particularum acidarum disiunctionem, varia experimenta demonſtrant. Quodſi autem coniunctio nulla ſit, oleum proinde vitrioli, cum aqua mixtum et in corpus introductum, aqua vel in vapores a calore reſoluta, vel in poros, quos illud acidum intrare nequit, ſe inſinuante, in ipſo corpore rurſus colligitur, concentratur et rodentem ſuam vim exſerere poteſt. Aliter res comparata eſt, ſi cum ſpiritu vini idem illud acidum miſcetur et deſtillatur; tunc enim, vera coniunctione facta, particularum vis rodens non ſolum tollitur, ſed et nullo modo in corpore euoluitur. Inde acidum vitriolicum, hunc modum ſi exceperis, parcius vel nunquam in corpus intraducendum eſſe videtur. p. 403.

3. *Variae annotationes chemicae.* Ex his ſequentia notamus. 1) Propoſitio illa, ſales, aqua ſolutos, ſpiritu vini praecipitari omnes, vniuerſalis non eſt. Dantur enim, quos ex aqua ſpiritus vini non deiicit. Pertinent huc ſal ammoniacus vulgaris, nitrum ſic dictum flammans, ſal volatilis ſuccini et ſal ſedatiuus, ex borace ſeparatus. Cauſa eſt, quia dicti ſales eodem modo in ſpiritu vini, quam aqua ſoluuntur, hinc etiam altera propoſitio, ſales nimirum, ſpiritu vini ſolutos, aqua praecipitari, pariter vniuerſalis non eſt, et cauſa eadem habetur. 2) Acidis mineralibus non omnia p. 416.

acida

acida vegetabilia liberari, ſal iſte ſiccus volatilis, e benzoe ſeparatus, docet. Cauſa in arcto ſalis cum nubio cum partibus oleoſis quaerenda eſt. 3) Sigma acidorum mineralium perfecte dulcificatorum habetur, ſi ab admixtis ſalibus alcalinis nulla oritur effervescentia. 4) Praeter acetoſellam aliae dantur plantae, ex quibus pari modo ſal eſſentialis acidus obtineri poteſt. Nominantur hic Geranium peltatum, Geranium acetoſum, Berberis dumetorum C. B. forte plures aliae, de quibus nullum dubium eſt, quin adhibita induſtria, ſal eſſentialis extrahi queat. Principii vaporoſi ſeu halituoſi partibus plantae conſtitutiuis annumerati ſpecies hactenus quatuor conſtitutae ſunt; ſpiritus nimirum balſamicus, ſpiritus acidulo balſamicus, vapor narcoticus, tandem balſamus acris; quibus cunctis ſua quaeque virtus eſſe ſolet. Ad noua addi poteſt ſpecies, vapor nimirum mellis, qui odore dulci non ſolum verum etiam virtute ſingulari, emolliente, a caeteris ſe diſtinguit. 6) Notatu dignum eſt, acidum nitri antimoniati, cum acido nitroſo conueniens, ope aquae fortis, quod tamen idem eſſe videtur, quid? quod ſpiritu ſalis, qui acido nitroſo multo debilior eſt, et, quod magis mirandum, acido adeo vegetabilibus, e. g. ſale eſſentiali acetoſellae ſeparari poſſe. Hinc caueant practici, ne ſalem acetoſellae, vt mos eſt, cum nitro antimoniato miſcentes et aegris exhibeant.

p. 434. 4) *Obſeruatio de diuretica et lithontriptica parietariae virtute* Auctore Cl. HARNISCH. Huius plantae, cum butyro coctae et partibus genitalibus horumque regioni calidae applicatae virtutem memoratam duobus exemplis probare hic annititur.

XIV.

NICOLAI LAVRENTII BVRMANNI, Diſſ. inaug. de Geraniis. L. Bat. ap. Th. Haak 1759. 4 mai. plag. 7 tab. aen. 2.

Medici et Botanici Clariſſimi IOHANNIS BVRMANNI veſtigiis inſiſtens eruditiſſimus filius difficile, confuſum et ampliſſimum plantarum genus ita hoc ſpecimine illuſtrauit, ordinauit, nouisque adductis ſpeciebus auxit, vt plena tandem et abſoluta, fere eiusdem hiſtoria dici mereatur. In prooe p. 4.
mio Cl. Auctor quaedam de vegetatione plantarumque proprietatibus docte diſſeruit, aſſumſitque triplex vaſorum genus, vaſcula ſcilicet ſuccoſa, quae praeparationi alimenti adſumti inſeruiunt, vtriculos, qui ſecretum ſuccum conſeruant et tracheas, quae elaſticum aerem continent; primariam vero vegetationis cauſam in atmoſphaera poſuit, quae nunc calidior, nunc frigidior, elaſticitate ſua vaſorum latera magis minusue premit, efficitque vt humores ſe mutuo petant, ſurſum per dilatata et fere vacua vaſcula propellantur ac in nutritium ſuccum convertantur, quod nutrimentum, vel ex aere, vel aqua, vel terra, vel ex omnibus ſimul recipiunt, ſeligendo ex iisdem illas heterogeneas partes. quae ipſis conveniunt; hinc in locis editioribus, vbi aer admodum purus, plantae non tam late creſcunt, quam in depreſſioribus, qui multis foecibus, terreſtribus particulis, aqueisque humoribus abundant. Aqua inprimis neceſſarium pro vegetatione dicitur requiſitum, quae vero coctione adeo inepta redditur, vt, eadem, licet refrigerata, plantae irroratae fuerint, ſucceſſiue decreuerint, et mortuae fuerint; cum e contrario turbulenta et putrida aqua humectatae laete progerminare ſoleant. Terra, qua talis, ſtirpibus modo fulcrum, nullum vero nutrimentum

praebet, eadem vero alias putrefactas et corrupta partes accipit, quae percolatae, dilutae, praeparataeque lixiuium quasi saponaceum constituunt, specifice nutriendis plantis aptissimum. Stirpes enim suas quasi habent idiosyncrasias, nec vbique bene crescunt, sed quaedam id proprium habent vt elatiores et ficciores, aliae decliuiores et humidiores locos, aliae aquam pro sustentaculo et nutrimento eligant, aliaeque parasiticae inueniantur. Ita varie modo vegetant plantae simulque et respectu firmitudinis ac durationis tempore diuersae existunt. Semina posthac studiose considerauit Cl. Auctor, duplicem horum adsumsit membranam, eandemque semina ab exsiccatione nimia conseruare, absorptumque ex terra succum cotyledonibus tradere asseruit. Cotyledones, ex spongioso parenchymate et vasculis in glomeres coactis constantes, succum pro foetus nutritione praeparant, plantulae tradunt, eandemque ad euolutionem disponunt et excitant. Embryo singulari funiculo cotyledonibus adhaerens in radiculam et plumulam diuiditur, radicula semper versus exteriora locatur, primum excrescit, et sensim veram radicem format, dum plumula, folia et reliquam plantae partem continens, ascendit et succos, in radice iam elaboratos, recipit.

His praemissis Cl. Auctor ad Gerania redit; et
p. 11. eorum locum natalem, culturamque, externum habitum, nominum etymologiam, generis characterem, et specierum differentias, descriptiones, et si quae notae sunt virtutes accurate exposuit. Terram fabulosam, non pinguem amare, et aquam, vna vice nimia in quantitate datam, respuere, modica vero, quo saepius irrorentur, eo laetius crescere docuit. Species omnes, corolla regulari, vel irregulari instructas, licet genere haud immerito separauerint Riuinus et Cl. Auctoris Parens, tamen, ex autoritate huius epochae botanicorum, et reli-

quarum

quarum fructificationis partium conuenientia vno ſub nomine coniungi melius poſſe cenſuit. In deſcribendo genere, obſeruationem, CONSTANT. SCEPIN. adduxit, qui in Geranio phaeo ad baſin germinis inter calicem et corollam glandulas quinque nectariferas ſubrotundas flauas, inſignes, ſimilesque, modo minores, in ſyluatico et robertiano, actotidem glandulas, ſtamina ſuſtentantes in ſanguineo obſeruauit. Eiusmodi etiam in carnoſo et cicutario LINNAEVS Cent. I deſcripſit. Monuit vero Cl. Auctor, nectarium hoc naturam in africanis ſpeciebus in ea calicis tubuloſi parte collocaſſe, quae illis proprius, et extenuatus tuberculum calcaratum efformat. Species nominauit et deſcripſit ſeptuaginta quatuor, easque in quatuor ordines diſpoſuit, ſuntque, vel 1) *pedunculis vniflori*, vel 2) *biflori*, vel 3) *multiflori*, vel 4) *calycibus monophyllis* inſtructae; qui vltimus ordo in *fruteſcentes*, *herbaceas*, et *acaules* plantas denuo diuiditur. Cuilibet ſpeciei nomen ſpecificum, quod characteres diſtinctiuos ſelectos optimosque contineat, vel ex LINNAEO deſumptum, vel de nouo conditum praemiſit, addito ſemper triuiali quodam nomine, ſynonyma ſelecta et icones inprimis ſtudioſe annotavit, patriam ſpecialem commemorauit, et breuem, et concinnam deſcriptionem vbique adpoſuit.

De ſingulis nunc dicere, atque omnia repetere hic neutiquam poſſumus; illas potius, quae primo hic deſcriptae, definitae delineataeque fuerint ſpecies modo annotabimus. Viginti quinque ſunt ſpecies; quae in Illuſtris LINNAEI, nec ſpeciebus, nec centuriis editis nominibus ſpecificis inſignitae intueniuntur, et hinc, vel plane in iisdem deficiunt, vel modo varietatum titulo notatae fuerunt. Harum quasdam alii iam commemorarunt botanici, alias ex Venerabilis Parentis theſauris botanicis deſumſit, aliasque in Herbario OLDENLANDI inuenit,

obſeruationibus huius Cl. Botanici additis illu-
p. 16. tas. En harum Catalogum. 1) *Geranium* (ſpi-
pedunculis ſimplicibus vniſloris, foliis cuneiformibus
p. 17. *ſis, ramis nodoſis ſpiniferis.* 2) *Geranium* (ra-
culoides) *pedunculis longiſſimis vniſloris, foliis or-*
p. 27. *lato multifidis, radice tuberoſa.* 3) *Geranium* (p-
lum) *pedunculis biſloris, petalis bifidis, caule pro-*
foliis reniformibus palmatis, laciniis linearibus
4) *Geranium* (pyrenaicum) *pedunculis biſloris,*
multifidis, laciniis obtuſis inaequalibus, petalis
p. 28. 5) *Geranium* (incanum) *pedunculis ſubbiſloris,*
palmatis multipartitis, laciniis pinnato linearibus,
tomentoſis. Icon ex Herb. OLDENL. adiecta.
Geranium (aſphodeloides) *pedunculis biſloris,*
multipartitis orbiculatis, laciniis acutis, radice
p. 29. 7) *Geranium* (moſchatum) *pedunculis multiſloris,*
cibus pentaphyllis, floribus pentandris foliis
ſis, cotyledonibus pinnatifidis. HALLERVS iam a
tario diſtinguit, a LINNAEO pro varietate aſſumpt
p. 30. 8) *Geranium* (romanum) *pedunculis multiſloris,*
cibus pentaphyllis, floribus pentandris, foliis
inciſis, foliolis acutis rugoſis, caule nullo. 9) *Ger-*
(alpinum) *pedunculis multiſloris, calycibus penta-*
floribus pentandris, foliis pinnatis, foliolis
p. 32. *crenatis, radice tuberoſa.* 10) *Geranium* (
pedunculis multiſloris, calycibus pentaphyllis,
dato inciſis, ſuperioribus multifidis. LINNAEVS
tatem dicit. 11) *Geranium* (alceoides) *pe-*
multiſloris, calycibus pentaphyllis, foliis lyrato
dis, cotyledonibus lobatis. 12) *Geranium* (
cum) *pedunculis multiſloris, calycibus pentaphy-*
p. 36. *liis lobato pinnatis, crenatis, obtuſis.* 13) *Ge-*
(tabulare) *calycibus monophyllis, foliis peltatis*
datis, anguloſis, dentatis, glabris, caule
cuius delineatio appoſita, et licet folia nigro cir-
inſcripta ſint, tamen omnino diſtincta et ab
p. 46. ſimili nota inſignitis ſpeciebus, diuerſa. 14) *Ge-*

nium (maritimum) *calycibus monophyllis, foliis cordato ouatis ſubtrilobis crenatis, caule nullo.* Noua plane ſpecies, cuius prolixam deſcriptionem ex Cod. MSS. OLDENL. addidit Auctor. 15) *Geranium* (glaucum) *calycibus monophyllis, foliis ouato oblongis ſerratis, caule nullo, radice lignoſa.* Aliqualem deſcriptionem SHAWIVS dedit, iconem vero nitidam Cl. Auctor ex GARCINI herbario edidit. 16) *Geranium* (arenarium) *calycibus monophyllis, foliis pinnatifidis, foliolis oblongis, inciſo ſerratis, caule nullo.* 17) *Geranium* (lupinoides) *calycibus monophyllis, foliis orbiculatis inciſis tomentoſis linearibus, radice tuberoſa.* 18) *Geranium* (longifolium) *calycibus monophyllis, foliis ſimplicibus, oblongo lanceolatis, radice tuberoſa.* 19) *Geranium* (hirſutum) *calycibus monophyllis, foliis ouatis laciniatis rugoſis radice turbinata.* 20) *Geranium* (pinnatifidum) *calycibus monophyllis, foliis duplicato pinnatifidis, laciniis linearibus obtuſis, radice turbinata.* 21) *Geranium* (proliferum) *calycibus monophyllis, foliis pinnatim diuiſis, foliolis tri et quinque partitis, linearibus, radice turbinata.* 22) *Geranium* (oxaloides) *calycibus monophyllis, foliis ouato haſtatis carnoſis, radice rapacea.* Quinque has ſpecies iconibus delineatas dedit Cl. Auctor. 23 *Geranium* (ferulaceum) *calycibus monophyllis, foliis laciniatis, multifidis, radice tuberoſa.* 24) *Geranium* (bifolium) *calycibus monophyllis, foliis binis cordato angulatis, radice rapacea.* 25) *Geranium* (trifidum) *calycibus monophyllis, foliis ternis trilobis et trifidis, radice rapacea.* Praeter ſeptem notatas ſpecierum icones, etiam Geranium *ſcabrum*, *glaucum* et *hirtum* LINN: delineauit; et ita decem ſpecierum egregias icones exhibuit.

p. 47. p. 48. p. 50. p. 51. p. 52.

Diſſertationi huic addita eſt CASIMIR. CHRISTOPH. SCHMIDELII Epiſt. Gratul. ad N. L. BVRMANNVM de medulla radicis ad florem pertingente pag. 10. tab. aen. 1.

Medullam radicis ad caulem protrudi, diu notum fuit phyſicis; hinc vmbellatarum radices ſecesſcere et poroſas fieri eo tempore, quo caulis e radice ſurgit et fructum profert, monet Cl. Auctor. In *auricula vrſi* ex media radice incipit, et ex capite demum eius emergit ſcapus, qui cuticula cinctus, ſub qua cortex mollior et liber reconditur, in medio haerente medulla. Ita hic apparatus per ſcapum ad pedunculos floris pergit, ibidemque cuticula cum maxima corticis parte in calicem et liber in corollam abit, interior vero libri lamina capſulam format, cui globulus medullaris includitur, qui tum minus eſt medullae, huc non interrupto nexu continuatae, huicque demum ſemina veluti placentae inhaerent. Hanc theoriam Cl. Auctor variis ſpecialibus exemplis comprobare et nitidis iconibus illuſtrare ſtuduit. Adduxit *Helleborum nigrum*, vidimus in eodem cuticulam, cum cortice toto ſuperficiem ſubſtantiamque petali conſtituere, librum vero partim exteriora verſus corticis ductum ſequi, et ſubſtantiam ac ſuperficiem interiorem petali formare, partim receptaculum fructificationis extus cingere, ibique nectaria et ſtaminum filamenta ablegare, germen inueſtire, atque in ſtylis terminare; medullam vero ex radice in ſcapum ſe dimittere, florem ſeſe appropinquare, denſioremque factam medullium receptaculi penitus implere, immo vsque ad germinis cuiusque interiora ſeſe inſinuare. In *Anagallide luſitanica* corticis maxima pars confunditur in calicem, eius autem paries interior librum quaſi dirimit et in capſulam ſeſe continuat, eius integumentum externum efficit, ſtylum et germen inueſtit, ibique euaneſcit; et liber, poſtquam ad calicis principia peruenit, a lamina interna calicis intercipitur; corolla, libri pars, ſtaminibus originem praebet, et medulla ex pedunculo aſcendens, receptaculum commune non ſolum, capſulamque ſemi-

ſeminalem continuo ductu replet, ſed et canalem quaſi in centro format, qui per receptaculi capſulaeque medium erigitur et in ſtylo tandem finitur. Haec duo exempla adduxiſſe ſufficiat. Similem apparatum in *Lyſimachia ciliata*, *Polygala ſ. Chamaebuxo*, *Sideritide montana*, *Geranio ſanguineo*, *Ambroſia maritima*, *Heliantho giganteo*, et *Aſtere nouae Angliae* obſeruauit et deſcripſit Cl. Auctor, tandemque concludit, duas in plantis exiſtere partes eſſentiales, medullam ſcilicet et librum, attamen in quibusdam, praeſertim ſimplicioribus ſolam medullam ſufficere, hocque aſſertum *Ricciae* exemplo confirmare ſtuduit.

XV.

IOBI BASTERI M. D. Acad. Caeſ. Societ. Reg. Lond. et Holland. Socii opuſcula ſubſeciua, obſeruationes miſcellaneas de animalculis et plantis quibusdam marinis eorumque ouariis et ſeminibus continentia. Liber primus. Harlemi apud Ioh. Boſch. 1759. 4. plag. 6 tab. aen. 6.

Corallia, Keratophyta, Corallinae, aliaeque vegetantium marinorum ſpecies, in plantarum numero, mari creſcentium, eſſe, communis olim ſententia fuit, neque ab vllo in dubium vocabatur, donec Cl. PEYSSONELLVS nouam in medium proferret, quae primum quidem paucis arridebat, poſtea tamen, cum Cl. TREMBLEYVS aliique multa polyporum genera detexiſſent, applauſu praeſtantiſſimorum virorum magnam vim obtinuit. Eſt autem PEYSONELLI ſententia haec: Corallia, Lithophyta, Corallinas atque alias plantas marinas nil niſi horum animalculorum eſſe opus vel partem corporis ſaltem conſtituere. At monet Cl. Auctor,

hanc rem non ita firmatam esse, vt non possim ea rationibus reuellere.

p. 9. Plantarum marinarum duo genera sunt, quarum aliae maritimae, aliae marinae dicuntur. Maritimae in littoribus crescunt, marinae sub aqua ad haerescunt rupibus, vel fundo maris insident. Sunt autem, vt Cl. TOVRNEFORTIVS commemorat, plantarum marinarum genera quatuor, mollium seu flexilium, lignearum, petrosarum et quae extrinsecus durae, spongiosa intrinsecus materia repletae sunt. Plantarum mollium nonnullae foliis ornatae sunt, velut Algae quaedam, Fuci; aliae, vt Alcyonia et Spongiae, foliis carent. Ad petrosa pertinent Coralliorum, Madreporarum, fungorum marinorum etc. species omnes; lignea constituuntur Lithophyta, Lithoxyla. Alcionium INFERATI durum, extrinsecus durum est, intrinsecus molle, spongiosumque.

Quaecunque in mari aluntur plantae, a terrestribus maximopere discrepant. Marina planta toto quasi radix est, neque vt terrestris planta, si a multis insectis infestatur, extemplo languet et moritur. Semen plantarum marinarum, vel humor tenax et glutinosus est, vel saltem in hoc humore glutinoso delitescit, eaque est peculiari proprietate, vt cum aqua marina non misceatur, sed cuique corpori obvio adhaerescat. Haec, quae hactenus diximus, in introductione huius libelli tradita sunt; sequuntur iam speciales disputationes de Coralliis, Keratophytis, Corallinis et Alcyonio.

p. 13. Quae in apicibus et cortice coralliorum interdum in conspectum veniunt, non esse flores, vt cum MARSIGLIVS opinatus fuit, sed polyporum quoddam genus ob consensionem, quam cum polypis aquarum dulcium habere soleant, accurate Cl. PEYSSONELLVS docuit. Hoc, cum sit certissimum, non ita tamen intelligendum est, quasi bestiolae

beſtiolae hae corallia tantae duritiei fabrefeciſſent. Nam ſi hoc ita eſſe dicatur, largiendum ſit neceſſe eſſet, vt vermes terreſtres conſtruant fungos atque erucae et ſirones arbores efficiant et plantas. Quare Cl. Auctori videtur, animacula, quae cortici coralliorum et lythophytorum inſident, hunc corticem effeciſſe, adeo, vt cortex ille ſit tantum cellularum congeries, quas tanquam domicilia ſua inhabitent. Ad modum vero, quod attinet, quo Corallia producuntur, ille nondum rite innotuit.

Titanokeratophytorum cortex, ſi probe ſiccatus eſt, admodum tenuis eſt et digitis facile abſtergi poteſt, neque vllam communionem cum ſubiecto lithophyti ligno habere videtur. Quod profecto non fieret, ſi polita ligni ſuperficies aeque ac aſper cortex a polypis conſtructa fuiſſet. Quare nulla apparet ratio, cur Keratophyta et Titanokeratophyta, cum maxime in modo creſcendi, radicibus etc. conueniant, diuerſas ſpecies eſſe, ſtatuamus. P. 17.

In eadem Corallinarum ſpecie valde diſcrepantes polypi ſaepe inueniuntur, et eadem polyporum ſpecies in diuerſiſſimis habitat corallinarum ſpeciebus. Sed dicet aliquis, has corallinas omnes ab eiusmodi beſtiolis eſſe confectas. Hoc ſane ab omnium inſectorum natura alienum eſſe videtur. Nam animal, ratione non gaudens, ſemper inſtinctum ſequitur, et, dum agit, ad eandem normam agit, veluti apes, araneae etc. Iam ſi polypos corallinarum effectores eſſe contendas, neceſſe eſt, vt iidem ſemper easdem non diuerſas efficiant, aut ſi corallinae non propriae ſunt polyporum domunculae, ſed earum cutis, ſequitur, vt cutis ſemper eiusdem formae foret. P. 20.

Corallinae commode diſtribuuntur in Conferuas et Sertularias. Conferuae ex baſi absque truncо multos, tenues et longos ramos ſiue folia emittunt, in quibus ſaepe veſiculae ſeminales conſpiciuntur.

Sertulariae a plana basi exsurgunt duroque corpori adhaerescunt; ex basi truncus exit, qui in ramulos vel folia expanditur, vbi comprehenduntur oblongi articuli ita connexi, vt superior, qui tenuior sit, crassiori sit insertus. Quodsi igitur sertulariae polyporum essent productum, cur non potius eadem trunci et ramulorum crassities?

p. 23. Alcyoniorum quinque species examinauit, nempe 1) Alcyonium vesica marina appellatum, quod tantum est ouarium cochlearum vulgarium; 2) Alcyonium ramosodigitatum, asterisicis vndique notatum. Est hoc peculiare vegetans, quod extrinsecus ad attactum corio assimilatur, cauitatibus refertum, in quibus semper polyporum species nidulatur, in superficie etiam, quae communi cute obtegitur, multi reperiuntur polypi. 3) Alcyonium siue fucum folio singulari longissimo, lato, in medio rugoso. 4) Alcyonium, quod pulmo marinus dicitur. 5) Alcyonium molle ramosum. Haec in externa superficie, gelatinae simili, plurimos et paruos continent polypos. Intrinsecus cellulae conspicuae sunt, inter has et superficiem externam innumerabilia puncta nigra apparent, quae seminia esse, verisimile videtur.

p. 25. Hac absoluta, de plantis marinis, parte, sequuntur de polypis seu animalculis, quae in descriptis plantis reperiuntur, descriptiones. Vniuersae polyporum species pertinere videntur ad genus medusae vel vrticae marinae, quas Cl. Auctor in tres species distribuit; 1) in polypos, qui cellulas inhabitant, easque nunquam relinquunt; sunt, qui corticem floriferum, quem dicunt, Keratophytorum constituunt; 2) in polypos, qui Sertulariis, Alcyoniis nonnullis et Escharis insident, hos vidit natantes relinquentesque sertulariae apices. 3) In species maiori forma, quales sunt vrticae marinae, cellulis, cortice et basi firma carentes; possunt hi liberi quo-

quoquouerſum in mari natare, quamuis ſaepius ſe corpori duro affigant. Polypi cellulas inhabitantes ſunt maxime vulgares, albeſcentes, pellucidi, minimae formae.

In quolibet corpore marino inueniuntur hi et eorum quilibet diſtinctum et ſeparatum conſtituit animal, cum vicinis nullam communionem habens, cum poſſit brachia contrahere, expandere, ex cellula cum corporis parte erepere, ingredi, nullo in vicinis obſeruando motu. Qui in variis ſertulariae cernuntur ſpeciebus polypi, magnitudine et forma differunt. Horum quemlibet quoque peculiare eſſe animal, experientia docuit. Nam Corallinas, quibus inſident, ſponte relinquunt et per aquam natant. Maximis polyporum ſpeciebus Cl. Auctor nomen p. 28. polyporum ruberrimorum, ſeu incarnatorum tribuit; plerumque in corallinis tubulariis laryngi ſimilibus reperiuntur. Infima corporis parte affiguntur cauitatibus Corallinae ex quibus tamen facile elabi poſſunt. Si corallina tubularia multis viuentibus polypis obſeſſa ſpiritui frumenti immittatur, molle corpus polypi ſe contrahit, tubulus vero prae duritie figuram retinet. Ex quo intelligitur, polypum et corallinam tubulariam, quam inhabitant, eſſe duo corpora valde diſtincta. Polypus incarnatus duobus generibus brachiorum conſtat, quibus facile ab aliis polyporum ſpeciebus internoſci poteſt. Infima corporis pars, cui cauda adhaeret, corallinam tubulariam ingreditur et rotunda eſt. In media parte corpus quaſi pyriforme conſpicitur, vbi craſſiori parti 12, 14 brachia inſerta ſunt. Poteſt hoc corpus pyriforme polypus longe extendere, atque iterum contrahere. In medio partis ſupremae huius corporis pyriformis os polypi eſſe poſitum videtur. Saepe in ea parte, vbi corporis pars pyriformis planitiei affixa eſt, deprehenſae ſunt exiguae rotundae veſiculae. Ouа polyporum eſſe has veſiculas Cl. Auctor opinatur.

Omnia

Omnia polyporum oua, quotquot contemplatus eſt, ſemper diſcreta apparebant, ex quolibet ouo tantum vno prodeunte polypo. Polyporum, qui ſemper in eodem manent loco, miſtio locum habere nequit; illi tamen, quibus eſt libera per mare natatio, veluti
p. 33. capitis meduſae, mutua copula propagant ſobolem.

Immenſus eſt inſectorum marinorum numerus; ex his examini ſubiecit tantum ea, quae oſtreis accreſcunt aut Corallinis oſtreae infidentibus. In fine de nonnullarum cochlearum et inſectorum marinarum propagatione et ouariis egregie diſputat. Quaelibet tabula, quae adiecta eſt, ſeparatim et dilucide explicata eſt.

Conſpectus alterius libri, iamiam praelo ſubmittendi, nobiſcum communicatus, huiusmodi eſt: diſſeretur de Zoophytis; de Oſtreis; de Cancellis; de Penicillo marino; de Serpulis ſeu animalculis, quae tabulis lapideis habitant; de hirudine piſcium; de Doride ſeu marina limace, nuda, ſpinis mollibus hiſpida; de Eſchara lapideſcente, conglomerata, foliolis tenuibus, criſpis, nondum deſcripta; de auditu piſcium. Profecto elegantes de animantibus marinis dicendi materiae, quas ſperamus, Auctorem eadem diligentia eſſe deſcripturum, quam in prima parte non ſine iucunditate perſpeximus.

XVI.

Quaeſtio medica: An rachitidi rubia tinctorum? Praeſide M. LVDOVICO-IOANNE BAPTISTA COSNIER. Doctore Medico. Proponebat Marinus-Iacobus-Clarus Robert. Pariſiis 1758. 4 mai. plag. 1.

Quaeſtio haec, in affirmatiuam partem reſoluta, ita exponitur. Signis, quibus rachitis dignoſcatur, adductis oſtenditur, oſſium hanc affectionem

ex

ex acida humorum crasi nasci. Id varia experimenta, cum ossibus instituta, et phaenomena, in infantibus obseruanda, confirmare videntur. Cum enim acescentium esus familiaris sit, eaque bile minime efficaci infringi nequeat, in infantibus atque iis inprimis, qui nullo exercitio mouentur, saburra acidomucosa in primis, viis colligitur. Lentus hicce mucus, tunicas ventriculi obducens, vires eius pessundat, hinc repetito chyli viscidi acidi crassique affluxu sanguis crassescens ad acidam indolem vergit et in motu retardatur, inde autem acido-serosus liquor in partibus et inprimis ossibus stagnat. Tunc autem spicula acida, sero innatantia, motu quodam inter laminulas osseas intrusa, elementa earum diducunt et expeditiorem sero pandunt viam, quo tota ossium compages imbuta molescit et intumescit. Cum vero rubia tinctorum peculiarem vim in ossa exserat, haecque, vt experimenta docent, in iunioribus tingat et, quod notandum est, obstructos meatus aperiat, crassos humores attenuet, viscidos abstergat, hosque motu circulatorio aucto, per renes extra corpus pellat, insimul autem ventriculi vires restauret, eam igitur directe rachitidem impugnare et multum ad eam debellandam conferre, Noster, experientia fretus arbitratur, hocque remedium sub decocti forma exhiberi iubet.

XVII.

XVII.

Quaeſtio medica: An bilis ſapo acido-alcalinus? Praeſide M. MARINO-IACOBO-CLARO ROBERT. Doctore Medico. Proponebat Ioſephus Duſſans. Pariſiis, 1759. 4 mai. plag. 1.

Vt quaeſtio haec rite exſolui poſſit, ad bilis elaborationem ante omnia attendendum eſt. Chylo nimirum in inteſtinis tenuibus elaborato et a vaſis lacteis recepto, partes eius acido oleoſae per venas meſaraicas ad hepar feruntur, in quo acidum evolvitur et cum ſanguine, ab omnibus viſceribus abdominis reduce, maximeque oleoſo, miſcetur, ſicque ſapo acidus exoritur. Altera parte chyli, in inteſtinis craſſis a foecibus ſemiputrefactis ſecreta, alcalinus ſal per vaſa ad haepar, oleo turgens, deducitur cumque eo miſcetur, ſicque alcalinus ſapo generatur. Ambo iſti ſapones, nunc generati, ſe inuicem amplectuntur et coniunguntur, et ex hoc connubio tandem ſapo acido-alcalinus emergit. Aſt acidum in bile vere contineri, praeter chemicam analyſin, docet ſapor amarus, qui ſemper ex intima mixtione acidi cum oleo enaſcitur. Cauſa autem, cur ambo iſti ſales ſibi inuicem iungantur ſicque neutrum ſalem conſtituant, in oleoſo principio quaerenda eſt. Eo enim alteruter ita irretitur, vt, cum ſui iuris non ſit, nullum inde conſortium in ſtatu naturali locum vnquam inuenire poſſit.

XVIII.

Noua physico - medica.

Membra Regiae Scientiarum Academiae Parisiensis *), quae anno 1759 die septimo aprilis in viuis adhuc fuere.

Annus receptionis.

Honoraires.

1725. Monsieur le Comte DE MAVREPAS, Ministre d'Etat, Commandeur des Ordres du Roy, Honoraire de l'Académie des Belles Lettres.

1726. M. le Comte D'ARGENSON, Ministre d'Etat Honoraire de l'Académie des Belles Lettres.

1731. M. le Duc DE RICHELIEV, Pair et Maréchal de France, l'un des Quarant de l'Académie Françoise.

1740. M. le Comte DE ST. FLORENTIN Ministre et Secrétaire d'Etat Chancelier des Ordres du Roy, Honoraire de l'Académie des Belles Lettres.

1743. M. le Duc DE CHAVLNES, Pair de France, Capitaine-Lieutenant des Chevaux-Legers de la Garde du Roy, Lieutenant Général des Armées et Chevalier des Ordres de Sa Majesté.

1743. M. TRVDAINE DE MONTIGNY Conseiller d'Etat et Ordinaire au Conseil-Royal, Intendant des Finançes.

1746.

*) Catalogum hunc, cuius alteram partem nunc cum lectoribus nostris communicamus, alteram proxime daturi, Parisiis accipiendi occasionem habuimus ideoque ipsum sine aliquo commisso errore descriptum esse speramus. Num autem in describendis membrorum nominibus gallico, an latino, idiomate vti vellemus? diu quidem dubitauimus: interim illud eligere, quam huius vsu obscuriores fieri maluimus.

1746. M. DE MACHAVLT, D'ARNOUVILLE, Miniſtre d'Etat, Commandeur des Ordres du Roy.

1749. M. le Comte DE MAILLEBOIS, Chevalier des Ordres et Maitre de la Garde-robe du Roy, Lieutenant Général des Armées de Sa Majeſté.

1750. M. DE LAMOIGNON DE MALESHERBES, Premier-Preſident de la Cour des Aydes.

1751. M. ROVILLE, Miniſtre et Secretaire d'Etat, Commandeur des Ordres du Roy, Surintendant Général des Poſtes.

1755. M. MOREAV DE SECHELLES, Miniſtre d'Etat.

1755. M. Le Cardinal DE LVYNES, Archévêque de Sens, Premier Aumonier de Madame la Dauphine.

Penſionnaires Vétérans.

1723. M. DE MAVPERTVIS, de l'Acad. Françoiſe et Preſident de l'Academie Royale des Sciençes et Belles Lettres de Pruſſe.

1724. M. PITOT, Chevalier de l'Ordre de St. Michel, de la Société Royale de Londres, Directeur du Canal Royal et des travaux publics de Languedoc, Cenſeur Royal.

1725. M. GODIN, Colonel d'Infanterie au ſervice de S. M. C. Directeur de l'Academie des Gardes Marines d'Eſpagne, des Académies Royales des Sciences de Londres, de Berlin et d'Upſal. Cenſeur Royal.

1742. M. DE LA SÔNE, Premier Médécin de la Reyne, Cenſeur Royal.

Pen-

Penſionnaires ordinaires.

Pour la Géométrie.

1718. M. DORTOVS DE MAIRAN de l'Acad. Françoiſe, de la Société Royale de Londres, de celle d'Edinbourgh et d'Vpſal, de l'Academie de Petersbourg et de celle de l'Inſtitut de Bologne, et Ancien Secretaire perpetuel de l'Academie Royale des Sciences.

1727. M. CAMVS, Examinateur des Ecoles Royales de l'Artillerie et Ingénieurs, Secretaire et Profeſſeur de l'Academie Royale d'Architecture.

1733. M. FONTAINE, de l'Acad. de Berlin.

1741. M. D'ALEMBERT de l'Academie Françoiſe, de la Soc. Royale de Londres, de celle de Berlin, de l'Acad. Roy. des Belles Lettres de Suede et de l'Inſtitut. de Bologne.

Pour l'Aſtronomie.

1735. M. CASSINI DE THVRY, Maître des Comptes, de l'Acad. de Berlin et de la Société de Londres.

1735. M. LE MONNIER, Lécteur du Roy en Philoſophie, de la Société Royale de Londres et de celle de Berlin.

1731. M. MARALDI.

Pour la Mechanique.

1731. M. CLAIRAVT, des Sociétés Royales de Londres d'Edinbourgh, d'Vpſal et de Berlin; de l'Acad. de Petersbourg et de celle de l'Inſtitut de Bologne, Cenſeur Royal.

1739. M. L'Abbé NOLLET, de la Société Royale de Londres, de l'Inſtitut. de Bologne, des Acad. des Sciences de Rouen et d'Erford,

Maître de Phyſique et d'Hiſtoire Naturelle des Enfans de France, Profeſſeur Royale de Phyſique experimentale au College de Navarre et à la nouvelle Ecole de l'Artillerie, 1725.

1739. M. DE MONTIGNI, Tréſorier de France, de Paris, Commiſſaire du Conſeil, de l'Acad. Roy. de Berlin.

Pour l'Anatomie.

1708. M. WINSLOW, Docteur Regent de la Faculté de Médecine de Paris, Interpréte de la langue Teutonique à la Bibliotheque du Roy et Ancien Profeſſeur d'Anatomie et de Chirurgie au Iardin du Roy, de l'Academie Royale de Berlin. 1728. 1743.

1722. M. MORAND, Chevalier de St. Michel, de la Société Royale de Londres, des Academies de Petersbourg, de Stockholm, Bologne et Florence, Chirurgien et Inſpecteur General des hopitaux militaires de Paris, Cenſeur Royale. 1743.

1741. M. FERREIN, Docteur Regent de la Faculté de Médecine de Paris, Lecteur Royale en Médecine et Profeſſeur d'Anatomie et de Chirurgie au Iardin du Roy. 1731.

Pour la Chimie.

1725. M. BOVRDELIN, Docteur Regent de la Faculté de Médecine de Paris et Profeſſeur de Chimie au Jardin Royal, de l'Academie de Berlin. 1733.

1730. M. DE LA CONDAMINE, Chevalier de St. Lazare, de la Société Royale de Londres, des Academies de Berlin, de Petersbourg, de Bologne, de Cortonne et de Nancy.

1735. M. HEILOT, de la Société Royale de Londres. 1747

Pour

Pour la Botanique.

1725. M. BERNARD DE IVSSIEV, Secrétaire du Roy, Docteur Regent de la Faculté de Médécine de Paris, Demonſtrateur des plantes au Jardin du Roy; de la Société Royale de Londres.

1728. M. DV HAMEL DV MONCEAV, de la Société Royale de Londres, des Académies de Palerme et de Beſançon, Honoraire de la Société d'Edinbourgh, et de l'Academie de la Marine Inſpecteur Général de la Marine.

1743. M. GVETTARD, Docteur Regent de la Faculté de Médécine de Paris, Cenſeur Royal et Médécin Botaniſte de S. A. S. Monſeigneur le Duc d'Orleans.

1743. M. LE MONIER, le jeune, Docteur Regent de la Faculté de Médécine de Paris, de la Société Royale de Londres et de l'Acad. de Berlin.

Sécrétaire.

1731. M. DE FOVCHY, Auditeur des Comptes, Aſtronome du Roy, de la Société Royale de Londres.

Treſorier.

1733. M. DE BVFFON, de l'Acad. Françoiſe, Intendant du Iardin Royal des plantes, de la Soc. Roy. des Londres, de celle d'Edinbourgh, de l'Ac. de Berlin, de l'Inſtitut. de Bologne.

Aſſociés Libres.

1747. M. le Marquis DE MONTALEMBERT, Lieutenant Général des Provinces de Saintonge

et Angoumois, Meſtre de Camp de Cavalerie et Cornette des Chevaux legers, Chevalier de l'Ordre militaire de St. Louis, et Gouverneur de Villeneuve d'Avignon.

1750. M. le Comte DE TRESSAN, Lieutenant Général des Armées du Roy, Grand-Maréchal des Logis du Roy de Pologne, Commandant en Toulois, Baroir et Lorraine Françoiſe, de la Société Royale de Londres, de l'Académie de Berlin, de la Société d'Edinbourgh et Honoraire de celle de Nancy.

1751. M. QVESNAY, Docteur en Médécine, Prémier Médécin Ordinaire du Roy.

1756. M. BELIDOR, Brigadier des Armées du Roy, Cenſeur Royale et Inſpecteur Général de l'Arſenal.

1758. M. DE CHABERT, Lieutenant des Vaiſſeaux du Roy, de l'Académie de Berlin, de l'Inſtitut. de Bologne et de l'Academie de Marine.

Aſſociés Vétérans.

1714. M. DE L'ISLE, Lecteur et Profeſſeur en Mathematique, de la Société Royale de Londres, de Stockholm, d'Vpſal, de Berlin, de l'Inſtitut. de Bologne, ci devant Prémier Profeſſeur d'Aſtronomie dans l'Academie de Petersbourg.

1724. M. SENAC, Conſeiller d'Etat ordinaire, Prémier Médécin du Roy, Surintendant des Eaux minérales et medicinales de France, Cenſeur Royal.

1743. M. BOUVART, Docteur Régent de la Faculté de Médécine de Paris.

1743. M. IOSEPH DE IVSSIEV, le cadet, Docteur Régent de la Faculté de Médécine de Paris.

1744.

1744. M. BERTIN, Médécin de la Faculté de Paris.
1752. M. LIEVTAVD, Médécin des Enfans de France.

Aſſociés Ordinaires.

Pour la Géométrie.

1746. M. DE PARCIEVX, de l'Académie des Sciences de Pruſſe et de celle de Suede, Cenſeur Royal.
1749. M. le Chevalier D'ARCY, Colonel à la Suite du Régiment de Cavalerie de Fitz-james.

Pour l'Aſtronomie.

1741. M. l'Abbé DE LA CAILLE, des Académies de Petersbourg, de Stockholm, de Berlin, de celle de l'Inſtitut de Bologne et de la Société Royale de Göttingue, Profeſſeur de Mathematique.
1753. M. DE LA LANDE, de l'Acad. Roy. des Scienc. de Berlin.

Pour la Mechanique.

1744. M. le Marquis DE COVRTIVRON, Chevalier de l'Ordre militaire de St. Louis.
1746. M. DE VAUCANSON.

Pour l'Anatomie.

1748. M. HERISSANT, Docteur Regent de la Faculté de Médécine de Paris et de la Société Royale de Londres.

* *

Pour la Chimie.

1742. M. MALOVIN, Médécin Ordinaire de la Reyne, Ancien Profeſſeur de la Faculté de Médécine

cine de Paris et de la Société Royale de Londres, Censeur Royal.

1744. M. ROVELLE, Apothicaire et Demonstrateur en Chimie au Iardin du Roy.

Pour la Botanique.

1744. M. D'AVBENTON, Docteur en Médecine, Garde et Demonstrateur du Cabinet d'Histoire naturelle du Jardin du Roy, de la Société Royale de Londres et de l'Académie de Berlin.

* *

Associés Etrangers.

1731. M. MORGAGNI, Docteur en Médecine et Prémier Professeur d'Anatomie dans l'Université de Padoue, de la Société Royale de Londres et de l'Acad. de Pétersbourg.

1739. M. le Marquis DE POLENI de la Société Royale de Londres et des Acad. de Petersbourg et Berlin.

1748. M. DANIEL BERNOVLLI, Profess. en Physique, de la Société Royale de Londres et des Acad. de Petersbourg et de Berlin.

1748. M. BRADLEY, de la Société Royale de Londres et Astronome de S. Majesté Britanique.

1750. M. le Baron VAN SWIETEN, Prémier Médecin et Bibliothécaire de leurs Majestés Imperiales.

1753. M. HALES Secretaire du Cabinet de S. A. R. la Princesse de Galles, de la Société Royale de Londres.

1754. M. le Baron DE HALLER, Médécin et Conseiller au Conseil Souverain de Berne, Président de la Société Royale de Gottingue et Membre des Academies de Londres, Petersbourg, Berlin etc.

1755. Milord Comte DE MACCLESFIELD, Préſident de la Société Royale de Londres.

1755. M. EVLER, Directeur de l'Acad. Roy. des Sciences de Pruſſe, de l'Acad. Impériale de Petersbourg et de la Société Royale de Londres.

Adjoints.

Pour la Géométrie.

1751. M. LE ROY.

1756. M. le Chevalier DE BORDA, Cheval leger de la Guarde du Roy.

Pour l'Aſtronomie.

1753. M. LE GENTIL DE LA GALAISIÉRE.

1759. M. l'Abbé CHAPPE D'AVTEROCHE.

Pour la Mechanique.

1758. M. BEZOVT, Cenſeur Royal.

1758. M. le Comte de LAVRAGAIS.

Pour l'Anatomie.

* *
* *

Pour la Chimie.

1745. M. MACQVER, Docteur Regent de la Faculté de Médecine de Paris, Cenſeur Royal.

1752. M. BARON, Doct. Regent de la Faculté de Med. de Paris, Cenſeur Royal.

Pour la Botanique.

1758. M. FOVGEROVX.

1758. M. TILLET.

Pour la Geographie.

1730. M. BVACHE, Premier Geographe du Roy.

Adjoint Veteran.

1741. M. l'Abbé DE GUA DE MALVES, ci devant Lecteur Royal en Philoſophie.

Veritatis ſtudium atque fidem cuiuslibet hiſtoriae ſummam eſſe debere legem probe intelligentes, hanc quidem ſemper nobis etiam voluimus eſſe praefixam: praeter omnem tamen noſtram expectationem accidit nuperrime, vt de Cl. HERMANNO BOERHAAVE DE GORTER Med. D. retulerimus*, eum inter medicos, publica auctoritate *Amſtelodami* conſtitutos, obtinuiſſe locum, quem tamen ne vacuum quidem factum fuiſſe ideoque in illum etiam ſurrogari potuiſſe neminem, ab amico quodam Amſtelodamenſi moniti et veriora docti, publice nunc declaramus. Quemadmodum vero Cl. GORTERI meritis atque famae derogare aliquid nullo modo volumus, ſic et noſtrae famae atque fidei gratiſſimum aſſerere poſſumus, ab amico quodam alias fide non indigno viſo notitiam illam ita nobis exhibitam fuiſſe, vt de illius veritate minime dubitare poſſimus; id, quod nobis quidem ſatis ingratum eſſe, forte non ſecus, ac ipſi Cl. GORTER, quilibet ſibi perſuadere poterit. Quam ob rem doctos illos viros, quibuscum literarum colimus commercium, quam maxime rogatos cupimus, vt de rebus nouis, ad nos pertinentibus, nihil niſi, quod certum ſit atque indubitatum, ad nos referre velint. Alium inſuper errorem in eundem iam citatum commentariorum noſtrorum locum praeter noſtram quoque culpam irrepſiſſe fatemur, tres nimirum phyſicos iuniores conſtitutos eſſe *Amſtelodami*; quum ibi tamen quatuor medicis publicae ſanitatis curam traditam eſſe, ab eodem amico accipiamus.

In Academia Iulia Carolina dicta, quae floret *Helmſtadii*, virorum ſuo tempore illuſtrium, HEISTERI atque KRÜGERI obitu, duos locos inter medicorum ordinem vacuos factos fuiſſe, vel ex noſtris quoque conſtat commentariis, in quorum

vnum

* vid. Commentar. noſtr. Vol. VIII. P. I. p. 182.

vnum iam ſubſtitutum eſſe legimus virum Cl. PETRVM IMMANVELEM HARTMANN Med. Doct.

Porro in *eadem* Academia Phyſices Profeſſoris P. Ordinarii munus, quo olim IO. NICOL. FROBESIVS functus fuerat, nuperrime traditum eſt, Viro Cl. GODOFREDO CHRISTOPHORO BEIREIS, quod is etiam auſpicatus fuit edito programmate *de vtilitate et neceſſitate hiſtoriae naturalis.*

Londini obiit nuperrime die viceſimo nono menſis nouembris anni huius 1759 vir, dum viueret, in felici potiſſimum artis chirurgicae exercitio praeſtantiae famam conſecutus, BROWNE LANGRISH, Med. Doct. inter medicos nonnullis optimae notae ſcriptis, in primis egregio illo libro: *modern Theory and Practice of Phyſic;* vti etiam alio: *A new Eſſay on muſcular motion* valde clarus factus.

IO. SCHREVDER et PETRVS MORTIER iunior, bibliopolae Amſtelodamenſes, operis alicuius ſuſceperunt editionem, cuius mentionem eo magis a nobis iam putamus eſſe faciendam, quo magis illud gratum viris doctis fore opinamur. Vaſtum nimirum illud opus, quod *Hiſtoriam et Commentarios Regiae Scientiarum Academiae Pariſienſis* continet, prelo huc vsque denuo ſubiicere et minore forma edere conſueuerunt, vti inter omnes conſtare confidimus. Vltimus, qui ex hac officina prodiit, tomus eſt nonageſimus nonus, quo operis Pariſienſis annus 1751 finitur. Huic tomo nunc adiiciendum curant centeſimum, qui conſpectum quaſi generalem progreſſus omnium ſcientiarum et artium in hoc opere huc vsque pertractatarum ita exhibebit, vt ſecundum quodlibet ſcientiarum in ſuas claſſes diuiſarum genus vno ſermonis flumine breuis tradatur epitome omnium rerum in cunctis praegreſſis voluminibus comprehenſarum. Quo tomo nunc cente-

simo totum illud opus, ad hunc vsque terminum perductum, *primae centuriae* nomine claudent, tu vero secuturorum voluminum seu tomorum tituli paulo mutati hac ratione inscribi debeant: *Seconde Centurie de l'Histoire et Memoires* etc. *Tom.* I *contenant l'Année* etc. Primi itaque, qui secundae centuriae initium facient, tomi prodibunt sub finem mensis septembris 1760, et annum laborum illius Academiae huius seculi quinquagesimum secundum complectentur. Quum itaque horum nonagenum nouem, quos iam ediderunt modo dicti bibliopolae, tomorum copiam, quam adhuc habent residuam, in vnum quasi volumen sub nomine nimirum primae *centuriae*, ii velint redigere hacque ratione in publicum quoque vt vnum opus vendere, rogatos eos piunt viros doctos, quos vnus forte aut alter defici ex illorum numero, velint ideo breui sua dare nomina et, qui ipsis adhuc desint, tomos comme praeterlapso enim aliquo temporis spatio singulis potiundi tomis forte carebunt opportunitate. Silentio insuper praeterire nolumus, praeter tres iam editos tomos *indicis generalis omnium argumentorum in Historia et Commentariis* iam satis commemoratae Academiae *contentorum*, ipsius quoque tomum quartum prodiisse, ad annum vsque 1751 extensum, ita vt his quatuor tomis centuriae illi primae additi, haec totius operis pars prima, quasi dicenda nunc prorsus finita sit.

Memoria IOANNIS HARTMANNI DEGNERI, Medicinae Doctoris, Ciuitatis Nouiomagensis Consulis et Archiatri, Academiae Naturae Curiosorum Collegae.

Natus ille erat *Suinfurti*, quae vrbs in circulo imperii germanici franconico sita vel ideo nominis adepta

adepta fuit celebritatem, quod Caeſarea Naturae Curioſorum Academia primam ſui originem ibi ceperit. Permultorum ea ſagaciorum ingeniorum iam ferax mater *Noſtrum* quoque proferebat anno ſuperioris ſeculi octogeſimo ſeptimo die menſis iulii vndeuigeſimo, patre ampliſſimo, IOANNE HARTMANNO, viro iuris peritiſſimo, liberae Rei publicae Suinfurtenſis ſenatore et ſcabino redituumque praefecturae ad ſacrum equitum ordinem Teutonicum pertinentis, quae vulgo *commenda* appellatur, *Munnerſtadenſis* ac coenobii *Bildhuſani* curatore ſummo; matre autem, ANNA CHRISTINA, filia Viri, dum viueret, illuſtris atque munerum et nominis et meritorum dignitate grauiſſimi, IOANNIS MICHAELIS DE FEHR, Med. D. liberae S.R.I. Rei publicae Suinfurtenſis Iudicis Caeſarei priuilegiati primae inſtantiae, qui ſolet ibi nominari, Praetoris Imperialis, Academiae Naturae Curioſorum Praeſidis ſecundi et Auguſtiſſimi Imperatoris LEOPOLDI Archiatri. Vterque *Noſtri* parens omne nunc ſtudium multumque curae in eo ponebant, vt filius liberali educatione fruitus, in omni doctrinae genere, quod puerilis aetas modo capere poteſt, inſtitueretur. Adoleſcens deinde factus fertilisque ingenii vim commonſtrans ideoque inſignem ſpem de ſe faciens, in gymnaſium introducebatur patrium, in quo induſtria ſciendique cupidine non parentibus ſolum et praeceptoribus, ſed et aliis viris ſolidae eruditionis fama atque laude conſpicuis ita ſe probabat, vt illorum ſibi magis magisque amorem confirmaret, et apud hos quoque multum ſibi conciliaret gratiae meritumque applauſum. Purioris itaque religionis praeceptis iam a teneris inde hauſtis et elegantiorum deinde literarum fundamentis ſedulo poſitis, ad altiora nunc tendens Academiam Saxonum Halenſem tum temporis celeberrimam petebat anno huius ſeculi nono,

nono. Quamuis autem singulari aliquo instinctu in artis medicae scientiaeque naturalis ferretur cupiditatem, patris tamen voluntati resistere nolens, illud quidem studium haud negligebat, tamen iuris prudentiae, cui ipsum dicauerat pater, sese dabat atque STRYKII, LVDWIGII, BOEHMERI, THOMASII atque GVNDLINGII, eximiae famae magnique nominis virorum, intererat lectionibus, nec leues ex illis fructus capiebat. Interim fieri non poterat, quin naturae adflatu ductus et artem simul medicam callere vellet, ideoque FRIDERICVM HOFFMANNVM inprimis aliosque in hac arte claros viros sequeretur. Quum autem hisce studiis atque laboribus per triennium vacasset, ad patrios lares redire cogebatur, vtroque parente intra octidui orbatus. Quam acer vero sit instinctus naturae et quam diu ille perduret, inter omnes constat. Licet itaque hospes atque peregrinus in scientia iuris minime *Noster* esset, in suam ipse nunc tamen vertit tutelam, suo quoque indulgebat ingenio et medicinae studio totum se tradebat. Alia insuper erat ratio, quae incitamentum hoc augebat. Auus enim maternus, iam supra nominatus, IO. MICHAEL DE FEHR, amplissimum cum celeberrimis diuersarum gentium medicis habuerat commercium. Illum enim cum IOANNE LAVRENTIO BAVSCHIO, medico Suinfurtensi doctissimo, ex primis fuisse iam alibi narrauimus *, qui Academiae Naturae Curiosorum dederant originem eamque stabiliuerant. Illarum vero nunc literarum, ab vtroque illo viro relictarum, diuitiae in manus *Nostri* perueniebant, quarum crebriore lectione mirifice et ita delectabatur, vt artis salutaris iam per se auidus eo nunc maiore

* vid. Acad. S. R. I. Naturae Curios. Historia conscripta ab eiusdem Praeside A. E. BÜCHNERO; cuius summam exhibuimus in Commentariis nostris Vol. VI. P. I p. 3.

maiore illius cognoſcendae penitius, ac huc vsque potuerat, et ſuo tempore faciendae cupidine incenderetur. Quamuis enim iam tum temporis, quum Halae commoraretur, illi arti ſcientiaeque naturali aliquod tribuiſſet tempus: horas tamen modo ſubſeciuas illius ſtudio impendere, itaque, quod gratum vereque vtile eſt in ea, delibare tantum, haud vero deguſtare prorſusque percipere potuerat. Nunc vero non conſummati ſolum medici imaginem ibi inueniebat expreſſam, ſed quam ſcientiae plenum quoque, quam iucundum, quam conueniens animo permulta cognoſcendi cupido, et quam ampli, in hominum ſalutem ſeſe diffundentis, vſus medica ſit ars, perſpicue et ipſa teſtante experientia inde intelligebat. Itaque nunc in eo erat totus, vt, quidquid ſibi in illius cognitione deeſſet, nunc demum ſupplere, et quo modo illam ad aliorum commoda applicaret, percipere vſuque ipſo poſſet diſcere. In priuato quidem muſeo multum ſtudii atque laboris tribuebat huic doctrinae generi: ſibi tamen ſolum ſe non ſufficere, cito ſatis intelligebat, praeſertim quod legum medicarum, in collegiis quidem tradi ſolitarum, coram lectis tamen aegrorum applicandarum rationem, ſiue ſic dictam medendi methodum, attinet. Caſu nunc quaſi tum temporis acciderat, vt *Berleburgi*, quod non ignobile in Comitatu Witgenſteinenſi oppidum eſt, doctiſſimorum virorum concio eſſet famigeratiſſima, adeo vt permulti iuuenes huc confluerent ſcientiarum cupidiſſimi. Quam eruditorum virorum coloniam et *Noſter* quoque inuiſebat, vt praeter alios, quos ſequebatur praeceptores, IOANNEM inprimis IVNCKERVM, qui Halenſis deinde Academiae decus fuerat factus et ornamentum, nuper tantum e vivis egreſſum, ſibi eligeret doctorem inque facienda arte ducem, cuius ſingulari quoque fruebatur amicitia, ad vitae vsque finem ſancte culta. Anatomen

quoque

quoque in illo loco, id quod mirari quis forte poſ-
ſet, inueſtigandi nanciſcebatur opportunitatem, qua
etiam, quantum demum poterat, vti haud negli-
gebat. Quemadmodum vero ipſius praeceptor,
IVNCKERVS, STAHLII inprimis ſcripta quam
ſolertiſſime perſcrutatus, ſententiis eius de re medi-
ca vix non omnibus ex animo ſubſcribebat easque
ſuis tradebat diſcipulis; ſic et chemiam ab ipſo viro
prae aliis ante ipſum medicis incredibili ſtudio atque
ſagacitate inueſtigatam, a permultis erroribus re-
purgatam, principiisque longe firmioribus ſtabili-
tam, colebat vnaque eius diſquirendae cupidinem in
Noſtro excitabat. Quo factum eſt, vt is partem illius
et phyſicam et in primis pharmaceuticam, multo
ſtudio multaque induſtria pertractaret; qua de re ab
ipſo exarata *diſſertatio phyſica de Turfis, Acidulis Vi-
bergenſibus et phoſphori vrinae praeparatione*, (quam
deſcriptam videre poteris in *diſſertatione de phoſpho-
ris et phoſphoro vrinae*, Auctore P.N. LOTICHIO,
Medico Experientiſſimo), egregie teſtatur *. Poſt-
quam

* Editus fuit hic liber Traiecti ad Rhenum in forma,
quam octauam dicimus, anno 1729 ſub titulo: IOH.
HARTM. DEGNERI *diſſertatio phyſica de Turfi,
ſiſtens hiſtoriam naturalem ceſpitum combuſtibilium,
qui in multis Europae regionibus et praecipue in Hol-
landia reperiuntur ac ligni loco vſurpantur.* Alteram
de acidulis diſſertationem, vti et illam, quam Cl.
LOTICHIO Auctore editam fuiſſe, ab amico accepi-
mus, nunquam videndi habuimus occaſionem. Quod
illud porro opuſculum *de Turfis* attinet, Germanice
quoque illud prodiit incognito interprete Francofurti
et Lipſiae anno 1731 ſub ſpecioſo hoc titulo:
Teutſchtlands neu entdeckte Goldgrube; *das iſt*: IOH.
HARTMANN. DEGNERI, *phyſicaliſche und chymi-
ſche Erörterung vom Torf, vorſtellend einen natürli-
chen Bericht von den brennenden Waſen, ſo in den
mehreſten Landſchaften, inſonderheit in Holland ange-
troffen, und an ſtatt des Holtzes gebraucht werden:
zum nützlichen und nöthigen Unterricht bey dem von
Tag*

quam igitur Doctoris Medici honores meritus fuerat, vt eos quoque conſequeretur, Traiectum ad Rhenum deſcendebat ibique, doctrinae ſuae meritorumque ſpeciminibus publice exhibitis, diſſertatione potiſſimum ſua inaugurali, *de notabili quodam caſu febris petechialis cum cholerico-cauſodeo complicatae*, publici iuris ibi facta atque in eadem academia ex cathedra defenſa, honoribus, quos petierat, anno huius ſeculi decimo ſeptimo exornabatur. Sibi huc vsque inſeruiens, nunc quoque vt aliis fieret vtilis, *Elberfeldam* tranſiit, aegrorum ibi curam in ſe ſuſcepturus. Quamuis autem fini ſuo ſatisfaciendi largam hic loci inueniret opportunitatem, altero tamen anno poſt abibat *Nouiomagum*, ſedem ibi figens perpetuam. Eum quidem primum ſibi nunc praefixum habebat finem, vt aegrotantium ſaluti operam ac fidem pro omnibus nauaret viribus, id, quod etiam tanta fide tantaque dexteritate tamque felici ſucceſſu praeſtabat, vt apud ciues non ſolum, ſed exteros quoque ampliſſimam ſibi conciliaret exiſtimationem: interim tamen ſalutaris artis campum ſemper extendi poſſe atque debere a ſui cultoribus, probe perpendens, literarum culturae ſemper in muſeo vacare ſimul pergebat, et in primis obſervationes in aegris obuias notatuque dignas diligenter omnique fide colligebat, quarum multas et *Academiae Naturae Curioſorum Actis* et *Collectionibus* ſic dictis *medico-phyſicis Vratislauienſibus* inſerebat, multum inde famae apud viros doctos conſecutus. Summo, itaque iure honores merebatur, quibus ab Academia Naturae Curioſorum cohoneſtabatur, inter ſocios nimirum ipſius relatus ſub *Argonautae quarti*

Tag zu Tag ſich mehr einfindenden Holtzmangel in Teutſchland: aus dem Lateiniſchen überſetzt von DOMANDROS. Hic et illic quidem a ſenſu verborum phyſicorum aberraſſe dicitur interpres; caeteroquin tamen eius diligentia laudatur.

quarti nomine, quippe quod eo magis ipsi vide-
tur honorificum, quo maiore olim cum digni-
illud gesserat auus maternus, DE FEHR. Quam
prudens autem atque sollers fuerit medicus, vel
nobis non monentibus testatur liber anno huius
seculi trigesimo octauo Traiecti ad Rhenum ab ipso
editus, quo *Historiam medicam de dysenteria bilioso-
contagiosa, quae 1736. Neomagi et in vicinis ei pagis
epidemice grassata fuit*, perspicue, docte ac vtiliter
exponit. Multo is cum applausu a viris doctis ex-
ceptus tamque auide emtus fuit, vt ante pauco
annos denuo subiiceretur prelo, cuius vere auctae
editionis mentionem a nobis quoque suo tempore
factam fuisse *), lectores nostri procul dubio reco-
dantur. Insignem hominum multitudinem infesta-
uerat tum temporiis iste morbus, magnam quoque
stragem efficiens, contra quem vero feliciter depel-
lendum *Nostri* eminebat dexteritas cuius fama illud
insuper ipsi conciliauerat emolumenti, vt Amplis-
mus ciuitatis Nouiomagensis Senatus physici, qui
solet appellari, prouinciam paulo post capessendam
ipsi offerret; quo etiam munere tam spectata in-
gritate fungebatur, vt illi, antea duobus, vel quo-
que tribus vna medicis demandari solito, ab anno
huius seculi quadragesimo tertio ad vitae vsque
finem, ex Auctoritate illius Senatus, praeesset solus.
Liber ipse, quem modo nominauimus, non exem-
plar solum exhibet, ad cuius normam obseruatio-
nes morborum conscribi debeant; sed industriae
quoque et artis nostrae pomoeria extendendi cupi-
dinis, qua *Noster* flagrabat, eximium praebet do-
cumentum. Varia enim vsu nondum satis cogni-
remedia illum adhibuisse effectusque inde obser-
tos rite annotasse inde patet. Quam rem quoque
vlterius comprobat carcinomatis ope solani furiosi,
vel Atropae LINNAEO dictae herbae, infusi,
persa-

* vid. Commentar. nostr. Vol. VI. P. II. p. 267.

perſanati obſeruatio a Cl. LAMBERGEN, Groningenſi Profeſſore meritiſſimo, feliciter ſuſcepta atque deſcripta, a nobis quoque olim fuſius enarrata *. Huic enim de illius remedii viribus denuo factae obſeruationi *Noſtrum* vel ideo dediſſe occaſionem inde patet, quod illius vim contra morbos cancroſos iam expertus, laudauerat hoc fere nouum medicamen Cl. WINTERO, Leidenſis Academiae Profeſſori Celeberrimo, qui hoc deinde ea propter, quod *Noſter* illud tentaſſet, commendauerat Cl. LAMBERGEN; circa cuius vſum id quoque ſilentio praeterire nolumus, quod vterque Vir iuſtam medicinae doſin experiundi inueſtigaturus, quilibet vnam eandemque deprehenderit. *Noſtri* tamen non in medendo ſolum peritia; ſed publica quoque fides atque auctoritas, quam ſibi comparauerat, nobis eſt laudanda. Si quis enim vir bonus, honeſtus atque muneribus gerendis idoneus, publicam quoque adipiſci velit exiſtimationem, huius, prae aliis, medico practico, in hominum multitudine verſanti, frequens ſubnaſcitur occaſio, cuius veritatis *Noſter* quoque ſuppeditat teſtimonium. Tantam enim ſibi gratiam, vti apud ciues atque ſenatum, ſic et in aula Sereniſſimi GVILIELMI, Arauſionenſis et Naſſouienſis Principis et totius foederati Belgii Gubernatoris, conciliauerat, vt ab hoc ſeculi huius anno quinquageſimo primo ciuitatis Nouiomagenſis muneri Senatoris, poſtea Scabini, tandemque quinque annis poſt ab illius Principis vidua, Sereniſſima et Regia Principe, ANNA, foederati Belgii Gubernatrice, conſulatus dignitati in eadem ciuitate admoueretur. Quo maiora nunc ipſi incumbebant officia, eo magis quoque ipſius fides, diligentia, tum in conſiliis ferendis, cum publicis gerendis negotiis dexteritas, ita eluceſcebant, vt apud aulae proceres gratia,

* vid. Comment. noſtr. Vol. IV. P. II. p. 261.

gratia, ſenatum fiducia et amicitia, ciues tandem amore atque auctoritate polleret, omnium vero ſatisfaceret expectationi. Conſulatus inprimis dignitas eo gratior ipſi erat, quo maioris illam habebat felicitatem, quod CORNELIVM VARELIVM VONCK, virum in re publica aeque ac literaria illuſtrem, quocum intima iam huc vsque ſibi intercesſerat familiaritas, in eodem munere nanciſcebatur collegam. Singularem porro *Noſtri* in ſalute re communis amplificanda tuendaue induſtriam poſt mortem quoque laudant ciues, vt nullam partem temporis, ne in morbo quidem, ad otiandum ſibi conceſſerit. Eo itaque magis acerba illis eſſe debet iactura, quam morte ipſius fecere die ſexto Novembris anni 1756, quum obdormiendo potius, quam moriendo, animam ſalutemque committeret Deo, quem per totam vitam coluerat et cui moribundus etiam confidere poterat; poſtquam per annos ſex ſpatium a ventriculo male affecto, et vti veri ſimile erat, ſcirrhoſo facto, omnia, quae et qualia ingeſta fuerant, quotidie reddente, corpus extenuatum vitaeque longiori omne nutrimentum ſubtractum fuerat. Quod res *Noſtri* domeſticas attinet, illud adhuc remur eſſe commemorandum, quod matrimonium bis inierit; prima vice anno ſeculi decimo octauo, quum in illud duceret matronam pietate animique caſtimonia commendatiſſimam, CATHARINAM GERTRVDEM BRAHMIAM natam, vivendum viueret, Experientiſſimi CHRISTIANI KALCHOVII, ad aulas Berolinenſem et poſtea Monaſterienſem in Veſtphalia medici praecipui viduam. Hoc autem connubio optumae coniugis morte anno 1740 ſoluto, alterum iniit matrimonium anno 1742 cum virgine virtutibus ſpectatiſſima ANNA CATHARINA GERTRVDE, Viri ſummi Reuerendi ALBERTI PETRI MIDDELDORPII, eccleſiae ciuitatis, quae eſt in Comitatu Marcano,

Schwe-

Schwelmenſis, ſacerdotis meritiſſimi, filiam. Cum vtraque coniuge vitam quidem egit tranquillam, felicem, quin et hilarem, attamem nullos ex coniugio poſteros, ſed eorum loco vitae laudabiliter geſtae famam, reliquit.

Memoria AVGVSTI IOHANNIS ROESELII DE ROSENHOF, pictoris, dum viueret, inter Norimbergenſes egregii et naturalis hiſtoriae ſtudioſiſſimi.

Studium naturae ampliſſimum largiſſimos vbique patefacit campos, in quos excurrere poſſint ii, qui eius allecti deliciis, propius theſauros eiusdem percontari voluerint; hinc etiam ſine laude praetermittendum non eſt eorum virorum ſtudium, qui aliquam pro ratione ſuae vitae generis arripientes eligentesque partem, in ea curatius ornanda perficiendaque allaborant. Imaginem artificis periti et ſtudioſiſſimi nobis ſiſtit, quem eapropter mature admodum fuiſſe ereptum dolemus, AVGVSTVS IOHANNES ROESELIVS DE ROSENHOF, ex antiqua nobili proſapia oriundus, cuius proaui, ex Auſtria religionis cauſſa ſecedentes, prope Norimbergam ſedem ſibi fixerant. Naturalis quaſi ad artem caelatoriam inſtinctus in eo excitabatur, patris dum premeret veſtigia, qui, ſcalpendi in aes arte clarus, Norimbergae floruit, ad alia deinde a Duce Brunſuicenſi munera vocatus. Hic eum ex SCHALIA, Norimbergae oriunda, ſuſceperat. Nec non aui, FRANCISCI ROESELII DE ROSENHOF, eum incitauerant clara et principibus quoque viris comprobata opera, pingendi arte celeberrimi viri, cuius egregiae artis aeterna monumenta in theſauris magnatum recondita reperiuntur. Natus

autem est *Augustaeburgi*, anno huius seculi quinto die mensis Martii tricesimo, quo in loco pater eius arcis curam oeconomicam habebat, vnde simul cum eo Goldstallium in Thuringia abiit, vbi pater dirigendis laboribus, in montibus minerarum caussa instituendis, praeficiebatur. Prima quoque omnis scientiae rudimenta ipsum docuit pater optimus, quippe qui ipsum in delineandis etiam corporibus instruxit, qua in arte ita profecit, vt non solum a vidua duce Brunsuicensi ad aulam eius vocaretur, verum etiam ad patruelem WILHELMVM ROSSILIVM DE ROSENHOF pictoriae artis discendae caussa mitteretur, cuius institutione per quatuor continuo annos vsus est. Sed ad maiora natus Noster, in eo sibi acquiescendum non esse bene perspiciebat, quare, quum in exteras regiones abeundi nulla sese offerret occasio, Norimbergam se contulit, Academiam pictorum ibi florentem aditurus. Quo facto, quanta ipsi perficienda restent, demum intelligens, seque maioribus picturis perficiendis imparem sentiens, abiecto consilio, minoribus picturis et sculptoriae arti sese deuouit, tam bono quidem cum successu, vt conquisitis inde opibus in Daniam iter tentare possit, ibidemque et suorum laborum elegantia et fautorum commendatione regi principis gratiam iniret. Per duos hic annos commoratus denuo alienas visendi terras eum inuadebat desiderium: abibat hinc Hamburgum; sed graui decumbens morbo, eo superato, Norimbergam demum redibat, suo defungens artificio, parum conficiendi picturas atque in aes incidendi. Quae tamen in artifice laudari satis non potest naturae, quam imitari annitur, perscrutatio, in eo tanta extitit, vt animalculorum potissimum minorum, quibus insectorum nomen est, indagationem sollicitam magis suam fecerit. Nullum itaque anni tempus, quo nouam sibi insectorum copiam futuram esse crede-

credebat, praetermiſit: campos, arua, ſiluasque indefeſſo peruadebat ſtudio, conquiſita autem mox depingebat, deinde nutriebat et ad eorum metamorphoſes attendebat; quicquid deinde obſeruarat, diligentiſſime deſcribebat. Eius vero induſtria, quum aliis non poſſet incognita manere, factum eſt, vt erucarum potiſſimum exempla ipſi mitterentur, quorum ectypa in *deliciis inſectorum*, ab eo editis, plura occurrunt. Singulari etiam fauore Cl. ADELVLNERI, Prof. dum Norimbergae degeret, praelectionibus huius viri, in DERHAMI Phyſico-theologiam aeque ac in phyſicam experimentalem inſtitutis, intereſſe Noſtro permittebatur. Exinde vero primo ipſi enaſcebatur intentio, publice ſuas edendi obſeruationes. Bene tamen gnarus, quaenam ſit ſui ingenii vis, et qualis in deſcribendo et explicando facultas, quum iis, quae ad notiones claras diſtinctasque reddendi atque proponendi requiruntur, nunquam fuerit imbutus ſcientiis, de erudito et perito circumſpiciebat viro, qui ipſi auxiliatrices porrigeret manus, quem pro ſuo aliis inſeruiendi feruore facile inueniebat in Cl. D. GEORGIO LEONHARDO HVTHIO, qui per plures ipſi adſiſtere annos non deſiit, quippe qui non ſolum digeſſit deſcriptiones minorum inſectorum, ſed artem quoque ſecandi, et interiora minimorum animalculorum viſcera perluſtrandi, ingenue eum docuit. Notandum autem obſeruationes, claſſes et deſcriptiones inſectorum a ROESELIO ipſo conſcriptas, animaduerſiones vero eruditas, exterorum etiam, adiunctas a Cl. HVTH fuiſſe. Opus vix eſſe arbitramur, pluribus id confirmare documentis, ſiquidem vberrime id teſtentur relicta ab ipſo ſcripta, quae inſectorum, praecipue erucarum et papilionum, indolem et naturam, nec non ranarum fere omnium hiſtoriam tradunt, quae ſuis etiam locis in Noſtris Commentariis indicauimus. Plura

quoque Noſtro de lacertis aliisque animalibus ſcribendi erat intentio, niſi grauiori ſubinde eum invadente morbo tandemque praematura morte fuiſſet impeditus. Ab eo enim fere tempore, quo coniugium contraxerat, variis arthriticis vexabatur affectibus, ita vt anno huius ſeculi iamiam quinquageſimo ſecundo periculoſo tentatus morbo, toto latere ſiniſtro paralyticus euaderet; a quo morbo idoneis remediis, ipſa quoque electricitate et peritiſſimorum medicorum conſiliis aliquantum reſtitutus, iterum, quantum fractae quidem permittebant vires, priſtino ſeſe deuouit labori. Nihilo tamen minus, quum deperditam ſanitatem nondum plenarie recuperaſſet, et vagis podagricis tentaretur doloribus, ſenſim ſenſimque infarctus viscerum nobiliorum inde enaſcebatur, qui doloris plenissimos motus ſpaſmodicos efficiebat, tandemque in oedema pedum crurumque degenerabat, quod ſuperueniente gangraena vitam eius, anxie hucusque protractam, anni huius ſeculi quinquageſimi noni die menſis martii viceſimo ſeptimo finiebat, poſtquam per quinquaginta tantum et quatuor annos orbi potuiſſet vtilis eſſe. Nullus autem inficiabitur, aequa perpendens adhibitam eius induſtriam lance, neminem eſſe ipſi ſecundum habendum in rerum naturalium inquirenda et exprimenda natura, quippe qui proprio ſtudio, nulla inſtructione aliunde accepta, ad intimiora naturae penetrauerit, totique Germaniae honori extiterit, qua de re conſentientem habemus, primo nominandum loco Ill. HALLERVM in praefatione, quam egregio ROESELII operi de ranis praemiſit.

Sequentia vero a Cl. ROESELIO opera fuerunt edita:

Der monathlich herausgegebenen Inſecten-Belustigungen erſter Theil, in welchem die in ſechs Claſſen ging-

eingetheilten Papilionen mit ihren Urſprung, Verwandelung und allen wunderbaren Eigenſchaften aus eigener Erfahrung beſchrieben, und in ſauber illuminirten Kupffern nach dem Leben abgebildet vorgeſtellet werden. Nürnberg bey dem Verfaſſer 1746 *in* 4.

Der monathlich herausgegebenen Inſecten-Beluſtigungen zweyter Theil etc. welcher acht Claſſen verſchiedener ſowohl innländiſcher als auch ausländiſcher Inſecten enthält. Nürnberg, 1749. 4.

Der monathlich herausgegebenen Inſecten-Beluſtigungen erſter Nachtrag, in welchen verſchiedene zu denen bereits herausgekommenen Claſſen gehörige Inſecten, mit ihrem Urſprunge, Verwandelung, und allen wunderbaren Eigenſchaften aus eigener Erfahrung beſchrieben uud in ſauber illuminirten Kupffern nach dem Leben abgebildet, vorgeſtellet werden von AVGVST IOHANN RÖSEL, *Miniatur-Mahler. Nürnberg,* 1747. 4. Huius libri nos ſupra iam mentionem fecimus Commentar. Vol. IV P. II p. 215. nunc tantum addimus quarti Tomi Tabulas 34 prodiiſſe.

Hiſtoria naturalis ranarum noſtratium, in qua omnes earum proprietates, praeſertim quae ad generationem ipſarum pertinent, fuſius narrantur. Cum praefatione Ill. Viri ALBERTI VON HALLER, *Societ. Reg. Scientiar. Göttingenſ. Praeſidis. Edidit accuratisque iconibus ornauit* AVGVSTVS IOANNES ROESEL VON ROSENHOF. *Norimb. typis Ioan. Ioſeph. Fleiſchmanni* 1758 in forma regali c. figg. *Die natürliche Hiſtorie der Fröſche hieſigen Landes worinnen alle Eigenſchaften derſelben, ſonderlich aber ihre Fortpflanzung umſtändlich beſchrieben wird etc.* Huius etiam operis contenta adduximus Comment. Vol. VII P. II p. 282.

Praeter haec porro edita ſcripta adhuc ſuperſunt delineationes variae, v. c.

Opus de araneis, cuius icones iam parauit I. Auctor, nunc describit supra laudatus Cl. D. HVTH.

Nec non lacertarum nostratium historiam promiserat Cl. ROESEL, vid. Comment. nostr. Vol. VII P. II. p. 296 delineationes etiam varias iam effecerat, sed sine descriptionibus reliquit, inter quas duae chamaeleontis icones habentur.

XIX.

Continuatio indicis scriptorum physico-medicorum, quae anno 1758 prodierunt.

Recherches historiques et critiques sur les differens moyens qu'on a employes jusqu' à présent pour refroidir les liqueurs; ou l'on en indique un connu de temps immémorial et pratiqué dans la plus grande partie de l'Univers, par lequel il est facile, sans nulle dépense et avec un soin très-leger, de se procurer, dans le plus grandes chaleurs de l'été, des boissons très-fraîches. (*Sine loco*), 12 (*Auctore* Cl. ROUX).

Traité historique et pratique de la cuisine: ou le Cuisinier instruit de la connoissance des animaux, tant volatils que terrestres, aquatiques et amphibies de la façon de préparer les divers alimens et de les servir; suivi d'un petit abrégé sur la maniere de faire les confitures liquides et desserts de toutes especes, à Paris, 12 c. f. Vol. 2.

F. V. T. AEPINI sermo de similitudine vis electricae atque magneticae. Petropoli, 4.

Notes on the postscript of a pamphlet intitled observations anatomical and physiological by AKENSIDE. London, 8.

Tracta-

Tractatio de miliarium origine, progreſſu, naturae et curatione. Auctore CAROLO ALLIONIO. Auguſt. Taurinor. 8.

Precis hiſtorique des nouvelles fontaines filtrantes tant domeſtiques que militaires et marines par M. AMY, à Paris, 8 mai.

Wohlbewährtes Gartenbuch, worinn nicht nur von vielen ſeltenen Geheimniſſen, ſondern auch von den Pflanzen, Blumen und andern Garten-Gewächſen, auch der Baumzucht u. ſ. w. Nachricht ertheilt wird von ISIDORVS ANTHOPHILVS, 8.

Oſſeruazioni teoricho practiche del fiſico ANTONIO DE AVGVSTINIS, nouareſe interno alle febre migliari che popolarmente ſiſono diffuſo per la Citta di Nouara nel a. 1755. in Milano, 8 mai.

IOHN ATKINS Navy Surgeon, or practical Syſtem of Surgery, with a diſſertation on cold and hot mineral ſprings and phyſical obſervations on the coaſt of Guinea. London, 8 mai. (*Noua et auctior editio.*)

CAROL. AVRIVILLIVS, Diſſ. de camphora cum oleo expreſſo iuncta. Reſp. *Matth. Theophil. Schulz.* Vpſal. 4.

IOAN. IACOB BAIERI Oryctographia Norica ſiue rerum foſſilium et ad minerale regnum pertinentium in territorio Norimbergenſi eiusque vicinia obſeruatarum ſuccincta deſcriptio cum ſupplementis anno 1730 editis recuſa. Norimbergae, fol. c. f.

CHRIST. GOTTH. BARTH, Commentatio de pulſu venarum. Lipſ. 4.

IACOB BARBEV DV BOVRG, Quaeſt. med. an trachaeotomiae, nunc ſcapellum, nunc trigonus mucro? Reſp. *Guilielm. Berthold.* Pariſiis, 4.

Formules de Médicamens, à l'uſage des Hopitaux d'Armée dreſſées par M. HYACINTHE THEODOR BARON. Sixieme Edition. à Paris, 12.

A Treatiſe of Madnes by WILLIAM BATTIE. London, 4 mai.

IO. GVIL. BAVMER, Diſſ. de mineralogia territorii Erfurtenſis. Erfordiae, 4.

WILHELM BAYLINS narrative of facts demonſtrating the actual exiſtence and true cauſe of that phyſical confederacy at Bath, made known to the public in private lettres of D. LVCAS and D. OLIVER. London.

Dell' Elettriciſmo. Lettere di GIAM BATTISTA BECCARIA. Bologna, 4 mai.

IOHANN GOTTLIEB BECKMANN, *Verſuche und Erfahrungen von der zu unſern Zeiten höchſtnöthigen Holzſaat, zum allgemeinen Beſten herausgegeben. Zweyte Auflage. Chemnitz*, 8.

A treatiſe on Fevers wherein are ſet forth the cauſes, ſymptoms diagnoſtics and prognoſtics, with the method of cure, by IOHN BELL. London, 8 mai.

IOAN. CORNEL. BENEDICTI Diſſ. de debili coctione ventriculi et inteſtinorum tenuium. Lugd. Batau. 4.

GEORG. GVILL. BENEFELD, de habitu virium motricium corporis humani ad actionem medicamentorum. Gotting. 4.

De Lucenſium thermarum ſale Tractatus Auctore IOSEPHO BENVENVTO. Lucae, 8. *Idem liber eodem loco et anno, eademque forma, italice conſcriptus prodiit.*

PEHR ION. BERG. Inträdes tal om Stokholm för 200 ar, och Stokholm nu för tiden i anſeende til handel och wetenskaper ſardeles den medicinſka. Stokholm, 8 mai.

Eiusdem Förſök til de uti Swerige gångbare ſukdomars ut rönande för år 1756. ibid. 8 min.

CAROL. AVGVST. DE BERGEN, Elementa Anatomiae experimentalis. Francof. ad Viadr. 8.

Proble-

Problema phyſiologicum cum tabula figuratiua ipſius ſolutionem exhibente, propoſitum ac ſolutum in ſcholis Academiae Duacenae a IOAN. BAPTISTA BERNARD. Duaci, 4.

GVILLIELM BERTHOLD, Quaeſt. med. an amnii liquor foetus alimentum? Reſp. *Claud. Franciſc. Gaſpard. Humbert.* Pariſiis, 4.

BERNARD. NICOL. BERTRAND, Quaeſt. med. an raro celebranda trepanatio? Reſp. *Marin. Iacob. Clar. Robert.* ibid. 4.

Oſſervazione Chirurgiche di GIVSEPPE BIANCHI. In Cremona, 4.

ELISABETHAE BLACKWELL, collectio ſtirpium, quae in pharmacopoliis ad vſum medicum aſſervantur etc. ſeu. EISABETH BLACKWELL, *vermehrtes und verbeſſertes Kräuterbuch von 422 bis 475 Blat; illuminirt. Nürnberg*, fol. mai.

IOH. CHRISTIAN BLASCHE, *Leben des Herrn Hofrath und Prof.* GEORG ERHARD HAMBERGERS, *nebſt einer Nachricht von ſeinen Schriften und gelehrten Streitigkeiten. Jena*, 8.

LVDOVIC. CAGASCHERIE DV BLE, Diſſ. inaug. Examen bituminis Neocomenſis. Baſileae, 4.

GEORG. RVDOLPH. BOEHMER, Diſſ. inaug. de nectariis florum. Reſp. *Ioan. Frider. Meiſner.* Vitemberg. 4.

Eiusd. Progr. de ornamentis, quae praeter nectaria in floribus reperiuntur. ibid. 4.

Eiusd. Progr. chirurgiae curtorum in vegetabilibus feliciter inſtitutae varios modos recenſens. ibid. 4.

PHILIP. ADOLPH. BOEHMER, Diſſ. inaug. de nimis ſcrupuloſa humani corporis ab aere frigido defenſione eiusque noxa. Reſp. *Groſſ.* Halae, 4.

HERMANNI BOERHAAVE, de cognoſcendis et curandis morbis Aphorismi, vna cum eiusdem de materia medica et remediorum formulis libello, ad ſingulos aphorismos digeſto, et ſcriptorum

Boer-

Boerhaavianorum indice, denuo multo emendatiores et auctiores prodeunt, cum praefatione CAR. FRIDERICI KALTSCHMIED. Francof. ad Moen. 8.

IOHANN TAVFFER BOHADSCH, *Dienſt- und nutzbarer patriotiſcher Vorſchlag, wienach dem Königreich Böheim ein ungemeiner Vortheil von ſonderbarer Beträchtlichkeit jährlich zu wachſen könne. Altſtadt-Prag*, 8. *m. K.* (libellus phyſici et oeconomici argumenti.)

Eiusd. Diſſ. de ſynocho putrida epidemica huius et elapſi anni vermibus ſtipata. Reſp. *Leonhard. Anton. Verbeck.* Pragae, 4.

Catalogue du Cabinet d'Hiſtoire Naturelle, de M. BOMARE DE VALMONT. à Paris, 12.

IOANNIS BONAE hiſtoria aliquot curationum mercurio ſublimato corrodente perfectarum. Veronae, 4 min.

WILLIAM. BORLASE. Natural Hiſtory of Cornwal, the Air, Climate, Waters, Stones, Semimetals, Metals, Tin, Iron Copper, Gold found in Cornwall, Vegetables, rare Birds, Fiſhes, Shells. Oxon. fol.

ERNEST. GOTTLOB BOSE, Diſſ. inaug. de vulnere per ſe lethali, homicidam non excuſante. Auctor. et Reſp. *Ioan. Chriſtian Müller.* Lipſ. 4.

Sur l'Hydropiſie de Poitrine et ſur les Hydropiſies du Pericarde, du Mediaſtin et de la Pleure; par M. BOVILLET le fils, à Béſiers, 4.

PETRI BOVSQVET Diſſ. de fluxu menſtruo. Monſpelii, 4.

HIERON. BRAKENS *Roßarzneykunſt; aus dem Engliſchen überſetzt. Altenburg.*

DIONYS. PAVTIER DE LA BREVILLE, Quaeſt. med. an frequens artus amputandi neceſſitas? Reſp. *Franciſ. Ludouic. Thom. d'Onglée.* Pariſiis. 4.

CAROL.

CAROL. LVDOVIC. BRVCH, Diſſ. inaug. de anagallide. Argentor. 4.

FLORENTIN. HENRIC. BRVNING, Diſſ. ſiſtens ſingultum morbum, ſymptoma, ſignum. Traiect. ad Rhen. 4.

ANDR. EL. BÜCHNER, Diſſ. inaug. de habenda climatis ratione in conſideranda militum valetudine. Reſp. *Matth. Knecht.* Halae, 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de affrictu ſolidorum in motu conſtitutorum. Reſp. *Scheibel*, ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de mercurii ſublimati corroſiui vſu medico interno. Reſp. *Stockhauſen*, ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de cryſtalliſatione. Reſp. *Adam Samuel Thebeſius*. ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de commoda venereae luis ſine ſialagogis curatione. Reſp. *Ioan. Ludou. Telzmann.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de tincturis ſalinis alcalinis. Reſp. *Ioan. Andr. Ludou. Bothe.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de veſicatoriorum ad exanthemata a nobilioribus partibus auocanda efficaci vſu. Reſp. *Car. Nicol. Chuden.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de emeticorum in medicina caſtrenſi ſalutari et noxio vſu. Reſp. *Ioan. Andr. Wilhelm Buechner.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de medicamentorum congruo delectu in curandis morbis perquam neceſſario. Reſp. *Ioan. Gottgetreu Mueller.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de inflatione hypochondriorum frequentius ſiniſtrum quam dextrum infeſtante. Reſp. *Conrad. Zachar. Boehme.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de oſcitatione, vt ſigno in morbis Reſp. *Ioan. Conrad Finger.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de noxio caloris effectu ex aeſtuoſis capitis tegumentis producto. Reſp. *Frider. Siegmund. Graff.* ibid. 4.

ANDR. EL. BÜCHNER, Diſſ. inaug. de medicamentorum ex auripigmento praeparatorum praeſtantiſſimo vſu medico. Reſp. *Georg. Frider. Kuppermann.* Halae, 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de tuburcinationis damnis. Reſp. *Ioan. Frider. Iulius.* ibid. 4.

IOANN. BVRMANN, Wacchendorſia (*nouum plantae genus*) Amſtelodami. fol. c. f.

ANT. IOS. IOAN. NEPOMVC. DE CAMMERLANDER, Diſſ. inaug. de ſplenitide. Altorf. 4.

Tableau de la Petite-Verole par M. CANTWELL. a Paris, 12.

HVGO CAPET, Quaeſt. med. an inueteratis alui fluxibus Simarouba. Reſp. *Wilh. Fumée.* Pariſiis, 4. (*recuſa tantum. Auctor fuit* DE IVISSIEV.)

IOSEPH. CARRERE, Diſſ. de vitali corporis et animae foedere. Perpignan. 8.

FRID. AVG. CARTHEVSERI rudimenta hydrologiae ſyſtematicae. Francof. ad Viadr. 8.

IOAN. FRID. CARTHEVSERI fundamenta pathologiae et therapiae, praelectionibus ſuis academicis accommodata. Tomus I potiora morborum genera morbosque capitis et pectoris continens. ibid. 8.

Neuer Hebammen Wegweiſer oder deutlicher Unterricht, wie eine Wehe-Mutter bey allen in der Geburts-Hilfe vorkommenden Umſtänden ſich zu verhalten hat, herausgegeben von P. S. DE CHAVFEPIE. *Lübeck,*

NATAL. ANDR. IOAN. BAPT. CHESNEAV, Quaeſt. med. an mammarum cancri ferro tutior, quam cauſticis ablatio. Reſp. *Maximil. Ioſeph. Leys.* Pariſiis, 4.

Diſſertation Phyſico-Medicale ſur les cauſes de pluſieurs Maladies dangereuſes, et ſur les propriétés d'une Liqueur purgative et vulnéraire, qui eſt une Pharmacopée preſque vniverſelle par M. CHEVALIER, à Paris, 12.

Reſu-

Refutatio obiectionum, quae aduerſus theſes, de irritabilitate IO. FRANCISCI CIGNA, exſtant in tomo ſecundo libri, cui titulus: *Sulla Inſenſitiuita et Irritabilita Halleriana Opuſculi di varii Autori, racolti da* HIACINTO BARTHOLOMEO FABRI, Bononiae editi, ad Virt Cel. ALBERTVM HALLERVM. Lauſannae, 4. (*Ipſe Cl.* CIGNA *ſe defendit.*)

IOH. COLBATHS *Abhandlung von dem Miſtel und deßen Kraft wieder die Epilepſie, aus dem Engliſchen überſetzt. Zweyte Auflage.* Altenburg, 8.

Remarks on a ſerious Adreſs to the Public concerning the Means of avoiding the dangers of Inoculation by THOM. COOPER. London, 8.

LVD. IOAN. BAPT. COSNIER, Quaeſt. med. an rachitidi rubia tinctorum? Reſp. *Marin. Iac. Clarus Robert.* Paris, 4.

Obſeruations on the intermitting pulſe as prognoſticating in acute diſeaſes a critical diarrhoea, or as indicating the uſe of purging remedies by DANIEL COX. London, 8. m.

The menagement of the Gout, by a phyſician from his own caſe; with the virtues of an English Plant Bardana, not regarded in the preſent Practice, but ſafe and effectual in alleviating the diſeaſe, by GEORGE CRINE. Second Edition. Lond. 8.

Obſervations Chirurgicales ſur les maladies de l'Urethre, traitées ſuivant une nouvelle méthode par M. DARAN. Quatriéme Edition, augmentée de nouvelles obſervations. à Paris, 12.

La Tablé general des Matieres contenues dans l'Hiſtoire et les Mémoires de l'Academie Royale des Sciences depuis 1741 jusqu'en 1750 par M. DEMOVRS. à Paris, 4 mai.

Con-

Contenta in hac parte.

1. Verhandelingen uitgegeeven door de Hollandſe Maatſchappy der Weetenſchappen te Haarlem. Pars II. p. 387.
2. PORTERFIELD Treatiſe on the Eye. Vol. I et II. p. 401.
3. MONRO Obſervations anatomical and phyſiological. p. 415.
4. ANDOVILLE Theſes de Cataracta p. 422.
5. GAVBII Inſtitutiones pathologiae medicinalis p. 426.
6. REICHEL Diſp. de epiphyſium ab oſſium diaphyſi deductione p. 436.
7. VANDERMONDE Recueil periodique d'obſervations de Medecine etc. Tom. VII et VIII p. 444.
8. TRALLES Vſus opii ſalubris et noxius in morborum medela. Sectio II p. 475.
9. ROEDERER Icones vteri humani obſeruationibus illuſtratae p. 485.
10. SCHREBERI Lithographia Halenſis p. 499.
11. HARTMANN *Abhandlung von der Verwandſchaft und Aehnlichkeit der electriſchen Kraft mit den erſchrecklichen Luft-Erſcheinungen* p. 501.
12. BENVENVTI Tr. de Lucenſium thermarum ſale p. 513.
13. *Vermiſchte Schriften aus der Natur-Wiſſenſchaft, Chymie und Arzney-Gelahrheit* p. 517.
14. BVRMANNI Diſſ. de Geraniis p. 529.
15. BASTER Opuſcula Subſeciua Lib. I p. 535.
16. COSNIER Quaeſt. med. An rachitidi rubia tinctorum? p. 540.
17. ROBERT Quaeſt. med. an bilis ſapo acido-alcalinus? p. 542.
18. Noua phyſico-medica p. 543.
19. Continuatio indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1758 prodierunt p. 568.